BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM GRAECORUM
ET ROMANORUM
TEUBNERIANA

GERMANICUS

ARATEA

EDIDIT

A. BREYSIG

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI



Verlag von B. G. Teubner in Leipzig und Berlin

Cicero im Wandel der Jahrhunderte. Von **Thaddaeus Zielinski.** 2. vermehrte Auflage. [VIII u. 453 S.]. gr. 8. 1908. Geh. ℳ 7.—, in Leinwand geb. ℳ 8.—

„Das Schriftchen ist mit Geist, mit reichem Wissen und freiem Blick für Geschichte, Menschentum und Kultur geschrieben und kann und soll nicht nur dem Ciceroliebhaber bestens empfohlen sein, sondern jedem, dem die Kenntnis von den Einflüssen des Altertums auf den Wandel der Jahrhunderte am Herzen liegt. Durch die Lagerungen der Geschichte wird uns hier gleichsam ein „Vertikaldurchschnitt" gegeben, indem die dreifachen starken Einflüsse der Ciceroschriften auf die Weltentwicklung, zunächst auf die Begründung des Katholizismus, hernach auf die Renaissance, zuletzt auf die französische Revolution und die geistige Bewegung, die sie vorbereitet, dargetan werden."
(Historische Vierteljahrschrift.)

„Keine andere Persönlichkeit der Vergangenheit hätte sich in nur annähernd gleichem Maße zu einer derartigen Behandlung geeignet wie Cicero, der durch die Vielseitigkeit seiner Interessen und Schriften in allen Epochen der Geschichte Anregung bot, sich mit ihm zu beschäftigen, und durch die einheitliche Verkörperung der in seiner Zeit heranreifenden humanistischen Ideen die natürliche Anknüpfung an die Blütezeit der römischen Literatur. So gibt die Spiegelung Ciceros in der Auffassung und dem Schrifttum großer, einen Wandel der Zeit heraufführender Männer einen wertvollen Beitrag für die Beurteilung dieser und des geistigen Verständnisses ihrer Zeitgenossen und damit ein bedeutungsvolles Stück Kulturgeschichte." **(Berliner Philologische Wochenschrift.)**

Virgils epische Technik. Von **Richard Heinze.** 2. Auflage. [X u. 498 S.] gr. 8. 1908. Geh. ℳ 12.—, in Halbfranz geb. ℳ 14.—

„Heinzes Buch bedeutet wohl den tiefsten Einblick, der bisher in Virgils Dichterwerkstätte geschehen ist. Noch nie ist mit so viel Liebe und durchdringendem Scharfsinn der ganze ungeheure Weg nachgegangen worden, der von dem Chaos der bis auf Virgil vorhandenen Tradition der Aeneas-Sage bis zur Vollendung jener zwölf Bücher führte, die vom Augenblick ihres Erscheinens an klassisch sein sollten. Nicht die Widersprüche und Lücken des Werkes, nicht kleine Fehler und Ungeschicklichkeiten des Dichters, diese Lieblingsobjekte der modernen Virgil-Kritik, bilden den Ausgangspunkt von Heinzes Betrachtungen: was Virgil erstrebt hat, was sein Stoff, seine Vorbilder, seine Nation und seine Zeit forderten, das ist hier die Frage. . . ." **(Beilage zur Allgemeinen Zeitung.)**

Grundriß der Geschichte der klassischen Philologie. Von **Alfred Gudeman.** [IV u. 224 S.] 8. 1907. Geh. ℳ 4.80, in Leinwand geb. ℳ 5.20.

„. . . . Ein kleines, aber nützliches Buch, welches bisher der deutschen Literatur fehlte, vergleichbar der Geschichte von Urlichs, hier und da mit mehr biographischem Material ausgestattet, aber auch mehr katalogartig gehalten. Die Darstellung darf als objektiv bezeichnet werden; nicht die literarische Tätigkeit ist maßgebend, sondern nur das Bahnbrechende findet Beachtung. Lebende Philologen sind grundsätzlich ausgeschlossen. Auch das Lob der Kürze hat sich der Verfasser erworben, indem er z. B. die Bedeutung von Ritschl durch Nennung seiner Hauptschüler klarmacht. Ein guter Gedanke war es auch, die Lieblingsaussprüche großer Philologen anzuführen. — Der unentbehrliche Index fehlt natürlich nicht." **(Archiv für lateinische Lexikographie.)**

Vorträge und Aufsätze. Von **Hermann Usener.** Mit einem Bilde Useners. [V u. 259 S.] gr. 8. 1907. Geh. ℳ 5.—, in Leinwand geb. ℳ 6.—

„Die Ergebnisse seiner Forschung, die in unerreichter Weise den großen Mut einer baumeisterlichen Gestaltungslust mit der Andacht zum Kleinsten und Einzelsten zu vereinigen wußte, wirken fort in seinen Büchern und Schriften. Daß Albrecht Dieterich, der Usener persönlich wie wissenschaftlich besonders nahe stand, in der vorliegenden schönen Sammlung einem Plane von Usener selbst folgend zunächst die für einen weiteren Leserkreis geeigneten Stücke vereinigt hat, ist um so mehr zu begrüßen, als in ihnen die Sonderart des Menschen und des Gelehrten in harmonischer Vereinigung sich ausprägt und auch dem Fernerstehenden einen Begriff davon zu geben vermag, was Usener bedeutet hat."
(Literarisches Zentralblatt.)

GERMANICI CAESARIS

ARATEA

ITERVM EDIDIT

ALFREDVS BREYSIG

ACCEDVNT EPIGRAMMATA

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXCIX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

MEMORIAE

MARTINI HERTZ

PRAEFATIO

Praeter eos libros manu scriptos, quos olim ad Germanici Aratea edenda, quae anno 1867 a Georgio Reimer redempta Berolini foras data sunt, per liberalitatem atque amicitiam Martini Hertz adhibere mihi licuerat, nunc mihi praesto fuerunt aut ipsi aut ab aliis collati hice:

Codex *Berolinensis* bibliothecae Regiae, Meerman. 130 *B*
(Phillippicus 1832), olim Metensis, membranaceus, forma maxima, saeculi IX, a Valentino Rose accuratissime descriptus (cf. Verzeichniss der Meerman-Handschriften, Berlin 1892 p. 293 col. 1 n. 9). in quo libro Germanici Aratea scriptis quibusdam Bedae presbyteri adiecta sunt. inscribitur folium 81 adu.: *EXCERPTVM DE ASTROLOGIA ARATI.* secuntur scholia quaedam scholiis Basileensibus aliena, quae ab his uerbis incipiunt: *Duo sunt extremi uertices mundi quos appellant polos septentrionis et austri* et fol. 85 au. in haec desinunt: *Anticanis habet stellas .III· ł IIII·.* Aratus autem Germanici ipse, cui scholia Basileensia inserta sunt, fol. 86 adu. incipit et fol. 90 au. finitur uersu 146. tum scholia continuantur usque ad folium 91 adu., ubi sic excurrunt: *uirgo figuratur stellis ·XVII·* cf. M. Manitius (Rhein. Mus. N. F. LXII p. 131) qui, nisi forte typotheta errauit, quae scholia Basileensia sunt, falso nominat Bernensia. hoc autem codice primus Aemilius Baehrens usus est eumque ad familiam *O* pertinere intellexit (cf. P. L. M. I p. 143 sqq.), nam codicem Berolinensem ab eodem archetypo ac Basileensem profectum nec tamen alterum de altero descriptum esse ipsae utriusque libri scripturae testantur.

V^d Codex *Berolinensis* bibliothecae Regiae, lat. oct. 149, olim Phillippicus 16231 (Catal. accession. 1896, 62), membranaceus, nitide scriptus, saeculi XV. cuius libri folium 1 adu. praebet haec: *Petri de Joannis et Amicorȝ*. fol. 2 adu. haec: *Vetustissimum hoc* | *fragmentum Arati* | *in Sicilia compertum* | *cum comentario uide.* inde a folio 2 adu. usque ad folium 3 adu. inuenitur uita Arati, quae incipit a uerbis: *ARATVS QVIDEM fuit Athenodori* et desinit in haec: *magnũ loqui peritię mathematicę reperimus.* fol. 3 au. secuntur scholia, quorum capita et hic et infra inscribuntur, uelut hic: *DE COELO* et *DE ACVLEO SERPENTIS.* fol. 6 au. incipiunt Phaenomena Germanici, quae inscribuntur: *ARATVS A M· TVLLIO· CICERONE TRADVCTVS.* scholia recentiora i. e. Strozziana carmini, quod finitur u. 430, immixta sunt, uersum autem 430 fol. 56 au. excipit scholion *DE HIDRA,* cui fol. 57 au. additur fragmentum IV 52—163. eis autem scholiis, quae secuntur, adiecta sunt Hyginiana quaedam. nam fol. 73 au. tamquam nouum scholiorum caput Plinii uerba (n. h. XVIII 341 sq.): *Primũ a Sole capiemus pręsagia purus oriens* adduntur et ex Hygini Astronomicis (ed. Bunte p. 105, 3): *manu sinistra boetis exteriore parte circuli — et quę ueniãt ad occasum* (ibid. p. 105, 22). tum inscriptio: *QVID DE MVNDO.* hoc quoque caput, cuius initium est: *Conuenit nobis mũdum ab exortu ad occasum uerti* et finis: *impleat lumĩe siquis; —,* ex Hygino (p. 105, 22—p. 116, 19) sumptum est. postremo haec leguntur:

FINIS ARATI SED
P lura deficiũt ꝑꝑ uetustatem
et Quĩťnionũ fractionem
a
collegi nequaq̃ potuerũnt (sic)
et cum maxima difficultate

hic codex est illius ordinis, quem olim tertium nominaui, nunc Italorum potius dixerim.

M Codex *Matritensis* bibliothecae nationalis, numero 19 (olim *A* 22, postea *A* 16), membranaceus, forma maxima,

saeculi XII, ab Joanne Iriarte (Catalog. manuscript. Graec. p. 203 col. 2 sqq.) descriptus, item a P. Ewald (Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VI p. 285) et a Gustauo Loewe (Bibliotheca patrum Hispan. herausgeg. von W. v. Hartel, Wien 1887 p. 315 sqq.). mihi autem descripsit Manuel Castillo auctore Friderico Fliedner, uiro reuerendissimo, qui idem, quae eius est humanitas, a me rogatus de locis dubiis frequenter me certiorem fecit. eundem librum in usum meum prius Eberhardus Vogel, post illum Joannes Tschiedel contulit. picturas autem quadraginta tres, quibus *M* ornatus est, E. Bethe (Rhein. Mus. N. F. XLVIII p. 91 sqq.) explicauit (cf. etiam G. Thiele, Antike Himmelsbilder p. 143 sqq.). iam sunt qui hunc librum monasterii Casinatis fuisse credant (cf. H. F. Knust, Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde VIII p. 176 sqq. et E. Dümmler, Neues Archiv der Gesellsch. f. ält. deutsche Geschichtsk. IV p. 102). neque uero id ex eo loco codicis, qui fol. 48 adu. continetur, colligi iure potest. illic enim haec sunt:

Item
martirlogium de pb̄ri bede heroico cōposi
tū m̄etro & aduerte prudens lector quia
hi uersus quos obelo & chrimons in capite
prenotatos inueneris aberchen ꝑto mona
cho monasterii sc̄i benedicti de castro casino
editi sunt. —

in syllaba *de*, quae ante *pb̄ri* est, L. Traube (Poetae Latini aeui Carolini III p. 763) *domni* latere suspicatus est, mihi uero illa delenda uidetur, praesertim cum Gustauus Loewe *de* erasum esse dixerit. *chrimons*, quod Tschiedel testatus est, ex *chrismone* corruptum arbitror. chrismon autem est χρήσιμον, de cuius signi critici usu disputauerunt O. Ribbeck, prol. Vergil. p. 162; G. Kettner, Krit. Bemerkungen zu Varro u. lat. Glossaren (Rossleben) Halle 1868 p. 35, a quo ex codice quodam Monacensi *crisomon* affertur; W. Wattenbach, Das Schriftwesen im Mittelalter[3] p. 331; idem, Anleit. zur lat. Paläographie[4]

p. 94 sq.; L. Traube, Textgeschichte der Regula S. Benedicti (Abhdl. d. K. Bayer. Academie der Wissensch. III C. XXI B. III Abth. p. 667). *ab Erchemperto* legendum esse iam uidit Knust. signa autem critica, quae uersibus Erchemperti, monachi Casinatis, de quo cf. I. G. Waitz, Scriptor. rer. Langob. et Ital. p. 232[8], praenotata fuerunt, in martyrologio codicis *M* nusquam comparent, cf. P. Ewald (Neues Archiv d. Gesellsch. f. ält. deutsche Geschichtsk. VI 285 sq.). quae cum ita sint, ex illo de Erchemperto loco origo Casinas codicis *M* uix eliciatur. atque etiam nunc habent monachi Casinates Bedae presbyteri martyrologium (cod. CLXXIX cf. Bibliothecae Casinens. tom. IV p. 39) neque tamen cum Arateis Germanici coniunctum.

Ac quamquam *M* 199 tantum folia habet, tamen 203 per errorem numerantur, numerum enim 104 sequitur numerus 109, id quod primus uidit Castillo. iam folium 67 ante folium 66 conglutinatum est. quod Joannes Tschiedel ita explicare studuit, ut primo folia 66 et 67 ex tergo uoluminis casu exsoluta, tum falso disposita iterum affixa esse, numeros autem postea foliis inscriptos esse diceret. quo factum est, ut u. 430—439 uersibus 383—425 praecedant. sed ut in *B*, sic in *M* Aratea Germanici Bedae scriptis subiunguntur. folium autem 55 adu. col. 1 linea 1 inscribitur: *Incip̄ lib̄ arati philosophi. De astronomia.* linea ab hac proxima sequitur uita Arati incipiens a uerbis: *Aratus patris quidem est athinodori* et quinta linea alterius columnae sic desinens: *reperimus illum et super.* interiecta imagine illa, quam E. Bethe loco supra indicato p. 91 interpretatus est, leguntur scholia inde a uerbis: *aiunt nec ad fabuloso ioui sufficere* usque ad uerba *non solum hominum sed etiam deorum* (cf. ed. Berol. p. 111, 5—13). fol. 55 au. post lineam plane erasam incipiunt Phaenomena, quibus scholia recentiora immixta sunt, a uersu 18 et continuantur ad uersum 581 (fol. 69 au.). fol. 70 adu. col. 1 incipit fragmentum IV, quod totum traditur et fol. 70 au. finitur. scholia autem pertinent ad folium 74 au. col. 1 (cf. ed. Berol. p. 193, 5—220, 17).

qualis uero indoles et natura totius codicis esset, postquam cognoui, iam non dubito, quin ille ab alio archetypo profectus sit atque *A* et *B*. etenim quamquam ordo uersuum 169. 168. 170 librario ipsi, non exemplo eius, deberi potest, tamen multae lectiones, siue uerae siue falsae sunt, ab *A* et *B* adeo discedunt, ut *M* ex eodem fonte atque illi fluxisse nequeat. ex quibus exempli causa apposui hasce eisque lectiones *A* et *B* adieci: Phaen. 18 *Axis sat motus (Ax sisatis motus A Axsi satis mutus B)* 21 *extremum agit (agit extremum AB)* 71 *ariadneo sacrat astat igne (ariadneos sacrata stigne AB)* 120 *argenti creuit (creuit argenti AB)* 122 *ab excelsis descendens (ab ea descendens AB)* 204 *fulgetque (lucet qua A)* 214 *laterique (largiq. A)* 314 *Orion humeris (Orio numeris A)* 370 *istam (ipsam A)* 389 *flamma (magna A)* 449 *pes est illi (per stelli A m.1 per*^{se} *. stilli ex corr. A m.2)* 465 *toruis (orbis A)* 571 *in austros (in au. A)* fragm. IV 18 *liber (libra A)* 44 *Marcia (Maritia A)* 52 *taurus (austrus A)* 128 *culmina nimbis (culminant imbres A)*. itaque duo codicum prioris ordinis **O** fontes (**O^{I}** et **O^{II}**) fuisse putandi sunt, ut et *AB* et *P* (Parisinus), de quo infra dicemus, ex **O^{I}** et reliqui classis **O** libri ex **O^{II}** manasse uideantur.

Codex *Matritensis*, V 215 signatus, bibliothecae natio- *Vc*
nalis, membranaceus, forma quadrata, XV saeculi, pulcherrime scriptus nitidisque imaginibus ornatus. quem librum beniuolentia et benificio ministerii Regii, quod rebus ecclesiasticis, scholasticis, medicinalibus praeest, in hanc urbem transmissum ipse contuli. habet autem 60 folia, quamquam 61 numerata sunt. numeri enim foliorum a folio quadragesimo transeunt ad quadragesimum alterum neque tamen quicquam deest. fol. 1 adu. leguntur haec:

FRAGMENTVM· CVM· COMENTO
ARATI NVPER Ī SICILIA REPERTVS (sic)

secuntur uita Arati et scholia recentiora, quae inde a uerbis: *CELVM circvlis quinque* usque ad uerba: *comunẽ*

hb̄ ſtellā (ed. Berol. p. 105, 1 — p. 109, 10) pertinent. fol. 4 au. incipiunt Phaenomena scholiis interiectis et fol. 42 au. exeunt uersu 430. post scholion *de YDra,* quod fol. 43 adu. usque ad uerba: *duas per ſīgula latera* (ed. Berol. p. 181, 14) procurrit, spatium duodecim fere linearum uacuum relictum est, in margine autem legitur: *deest in ex̄plari.* fol. 43 au. incipit fragm. IV (52—163), quod scholia eodem ordine, quo codice Berolinensi V^d tradita sunt, excipiunt et fol. 61 au. in haec excurrunt: *totumque spatium impleat lumine ſi quis.* eadem folii pagina infima legitur: *Non ſene troua piu.* itaque, cum codex ita comparatus sit, uix est quod eum ordinis Italorum esse dicam.

*A** Codex *Arundelianus* n. 268 chartaceus, forma quadrata, incertae aetatis, fol. 96 adu.—fol. 103 au., descriptus in Catalogue of Manuscripts in the British Museum, New Series, Vol. 1 p. 80 col. 1. qui liber, cum chartaceus sit, an saeculo XIII a Baehrensio (P. L. M. I p. 143) recte attributus non sit, iure dubitandum est. litterarum tamen formae, quarum specimen praebet tab. III catalogi musei Britannici, uidentur esse saeculi XII. neque eo secius Edmundus Bishop Londiniensis, uir doctissimus et in rebus palaeographicis uersatissimus, codicis Arundeliani librarium XV saeculi fuisse, at litterarum notas saeculi XI aut XII imitatum uideri censet. id quidem formis litterarum STR et compendiis q^e et å (= am) indicari. uirum autem illum ita sentire Paulus de Winterfeld epistula a Bishopio ad Carolum Hampe Bonnensem, uirum doctissimum, missa me edocuit. inscribitur liber: *Incipit astronomia arati astrologi filii athenodori* (*atheñodori* Baehrens) *et delitophile.* habet Phaenomena Germanici usque ad u. 582, quem fragmenta IV et V excipiunt. imaginibus caret; num scholiis quoque, ut ait Baehrens, careat, non liquet. nam sub numero 15 eorum scriptorum, quae Arundeliano continentur, in catalogo musei Britannici p. 80 col. 1 afferuntur: „'Phenomena Arati in astronomia de coeli positione et quinque circulis mundi et de similitudinibus celi'

id est commentaria anonymi in uersionem Germanici Caesaris; desunt nonnulla ad calcem fol. 85. Impress. in ed. I. T. Buhle, uol. II p. 33." haec scilicet scholia sunt recentiora. illa autem codicis pars, quae numero 15 insignita est et fol. 92 au. incipit, centone Vergiliano, qui inscribitur *Puplii Virgilii Maronis astronomice artis liber,* ab Arateis Germanici, quae n. 17 continentur, separatur. itaque inquirendum est, utrum olim codices 15 et 17 inter se cohaeserint necne. iam uero Baehrens codicem *A** non ad idem apographon archetypi ***O*** atque *ABP* referendum esse uidit. nam eum cum Matritensi et Strozziano et Italorum libris ordini ***O*** attribuendum esse manifestum est. usus sum lectionibus a Baehrensio allatis.

Codex *Bononiensis,* qui est urbis Gallicae, quae uoca- *B*[a]
tur Boulogne-sur-mer, numero 185 bibliothecae publicae, membranaceus, forma quadrata maxima, foliis triginta tribus, undequadraginta imaginibus adornatus, inscriptione et scholiis carens, descriptus a Rudolfo Dahms (Jahrb. f. class. Philol. 1869 H. 4 p. 269 sqq.), item a M. Michelant et M. Gérard (Catalogue général des manuscrits des bibliothèques des départements. Tome IV p. 687 sq. Paris 1872). Dahmsii autem collationem ad editionem suam adhibuit Baehrens, cuius scripturis usus sum. atque Aratea incipiunt fol. 20 au. et fol. 33 adu. his uerbis finiuntur:

UALEFIDENS IN DÑO XRĨ UESTITUS AMORE·

continet Phaen. 1—725 et fragm. III et II. ex hoc autem libro Dahms codicem Bernensem n. 88 descriptum esse argumentis satis magnis euicit. itaque nunc Bononiensis potissimum testimonio prae Bernensi utendum esse duxi. est autem Bononiensis alterius ordinis (***Z***).

Codex *Panormitanus* bibliothecae urbicae 2 Q q. E. 11 *F*
signatus, chartaceus, forma quadrata minore, saeculi XV. iam ab Hertzio descriptus (cf. ed. Berol. p. XXIV sq.), nuper et denuo descriptus et collatus a R. Sabbadini (Sallustius, Ouidius, Plinius, Germanicus, Claudianus cum nouis codicibus collati atque emendati, Catinae 1888 p. 10 sqq.). continet Phaen. 1—430 et fragm. IV 52—163

cum Arati uita et scholiis. fol. 1 adu. cum alia (cf. ed. Berol. p. XXIV et Sabbadini p. 10 col. 1) tum haec leguntur a Sabbadini omissa: *FRAGMENTVM: ARATI | IN . SICILIA : COMPERTVM. | CVM: COMENTO.* fol. 4 adu. inscribitur: *ARATVS : A : M : TVLLIO | CICERONE : TRADVCTVS:* atque ad Phaenomenorum uersum 430 librarium bis adscripsisse in margine: *tantum deerat in exemplari* Sabbadini testatur. eandem fere inscriptionem habet V^d (cf. supra p. VI), quocum Panormitanus, quem Sabbadini *F* signauit, plerumque conspirat.

Praeter hos libros manu scriptos etiam eos, quibus ut antea sic nunc usus sum, enumerari oportet.

Prioris ordinis (***O***) sunt:

A Codex *Basileensis,* A. N. IV, 18 signatus, membranaceus, forma quadrata, foliis quadraginta quinque, saeculi VIII aut IX (cf. ed. Berol. p. XIII sqq. et Baehrens, P. L. M. I p. 143). satis accurate descriptus a Francisco Eyssenhardt, Martian. Capell. p. LXII, nisi quod iterum *eccte* pro *cecte* et *dũotam* pro *dvotam,* p. LXIII med. *Quaeritur* pro *Quaeitur* ponendum est. quem codicem post Hertzium Adolfus Kiessling mihi contulit (cf. ed. Berol. p. XXI sq.). cuius de indiciis, cum qua orta dubitatio erat, Th. Plüss, uir doctissimus atque humanissimus, qui iam de priore editione optime meruerat, codice denuo inspecto me accurratissime edocuit itemque illo auctore Paulus Burckhardt. huius autem libri fol. 12 adu. *anno quinto decimo imperii T i b e r i i* (pro *tiperiti*) legendum esse uidit Lucianus Mueller (Rh. Mus. N. F. XXIII p. 536). Habet *A* Phaenom. 1—582 et fragm. IV. scholia sunt uetustiora; imagines descripsit Bethe (Rh. Mus. N. F. XLVIII p. 91 sq.); de interpretamento Latino, cuius specimen ed. Berol. p. XIV sq. dedi, egerunt E. Maass, Aratea p. 373 sqq. et F. Wieck, Sphaera Empedoclis quae dicitur. Lips. 1897. ipsum autem post M. Manitium (Rh. Mus. N. F. LII p. 305 sqq.) E. Maass in Commentariorum in Aratum reliquiis editurus est. idem sphaerae imaginem in *A* seruatam Arati phaenomenis suis affixit. neque uero de

auctoritate codicis habeo quod aliter iudicem quam antea (cf. Herm. XVII p. 401 sqq.).

Codex *Parisinus* bibliothecae nationalis n. 7886, olim *P*
Puteaneus (Catalog. codicum mss. Bibliothecae Regiae tom. IV p. 410), membranaceus, forma quadrata, foliis triginta sex, eadem manu saeculi IX exaratus (cf. ed. Berol. p. XV sq.). quo codice continentur Phaenom. 1—582 et fragm. IV, quibus scholia uetustiora inserta sunt. quatenus autem meum de origine huius codicis iudicium commutauerim, infra p. XVI explicabo.

Codex *Strozzianus* n. XLVI bibliothecae Mediceo-Lau- *S*
rentianae Florentinae (cf. Bandini, catalog. Leop. Laurentianae t. II p. 384 sqq.), membranaceus, quadrata forma minore, foliis sexaginta duobus, saeculi XIV (cf. ed. Berol. p. XIX sqq.). habet Phaen. 1—582 et fragm. IV, scholia praebet recentiora. neque tamen fragmento u. 3 et 4 desunt, quod in editione Berolinensi adnotaui. quod quidem hoc demum uere, quo mihi Florentiae codicis inspiciendi data potestas erat, animaduerti. uersus autem illi codice *S* ita sunt traditi:

Cōmiſſas cereri fruges ſpectabis ĩ herbis
Pomaq; purpureo p^{i}mus nascentia flore.

Codex *Vrbinas* n. 1358, bibliothecae Vaticanae, mem- *V*
branaceus, forma maxima, foliis quinquaginta quattuor, saeculi XV. habet Phaenom. 1—430 et fragm. IV 52—163 cum scholiis (cf. ed. Berol. p. XXI sq.).

Codex n. 3110 bibliothecae *Vaticanae*. membranaceus, *V*^{a}
forma quadrata, foliis centum quatuor, saeculi XV. habet Phaenom. u. 1—429, quos secuntur u. 433, 437—430 (cf. ed. Berol. p. XXII sq.). ipse nuper Romae inspexi.

Codex n. 1653 bibliothecae *Vaticanae,* forma maxima, *V*^{b}
foliis centum septuaginta sex; continet Phaen. 1—430 et fragm. IV 52—163 (cf. ed. Berol. p. XXIII).

Posterioris ordinis (***Z***) sunt:

Codex *Einsidlensis* n. 388, membranaceus, foliis formae *E*
duodecimplicatae uiginti duobus, saeculi XI (cf. Orelli, Phaedri fabul. p. 140) aut, quod apud Baehrensium (P. L.

M. I p. 145) Hermannus Hagen testatus est, saeculi X. inscriptione, scholiis, imaginibus caret. scripturas eius ex apparatu Baehrensii sumpsi.

B^b Codex *Bernensis* n. 88, olim Argentoratensis, membranaceus, forma maxima, saeculi X, descriptus ab J. R. Sinner (catal. codd. mscr. bibliothecae Bernensis I p. 278 sqq.), quo Phaenom. 1—725 (uersibus 157—240 et 394—445 omissis) et fragm. III et II continentur (cf. ed. Berol. p. XVII sq. et Dahms loco antea indicato p. 270). de Werinhario episcopo, qui codicem dedit sanctae Mariae, cf. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter II^6 16[1].

L Codex *Leidensis*, olim Susianus, nunc Vossianus L. Q. 79, bibliothecae uniuersitatis litterariae, forma quadrata, foliis undecentum, descriptus in Catalogo bibliothecae publicae uniuersitatis Lugd.-Batauae p. 383 col. a, item a W. N. du Rieu, cuius descriptio in eadem bibliotheca adseruatur, nuper a Georgio Thiele (Antike Himmelsbilder p. 77 sqq.). bis autem habet Aratea et tota (1—725) litteris capitalibus rusticis et usque ad u. 445 minusculis scripta. litteris capitalibus manus altera correctiones addidit. planetario interiecto fragm. III et II Phaenomena secuntur. inscriptione et scholiis caret, subscriptio est haec: *Vale. fidens in dño XPI vestitus amore.* pulcherrimis autem picturis exornatus est. de aetate quidem codicis iam non ambigitur. nam codex L postquam G. Thiele (Antike Himmelsbilder p. 78) specimen scripturae eius attulit, nono saeculo sine ulla dubitatione adscribendus est (cf. Thiele eod. loco p. 83). ac lectiones huius libri e collatione Vlietiana selectas, quas anno 1873 in programmate Erfurtensi publici iuris feceram, M. C. Modderman denuo cum codice Vossiano ita contulit, ut quicquid ab illo discesserat in exemplari illius programmatis, quod est bibliothecae Leidensis, accuratissime notaret. idem exemplar W. N. du Rieu, cuius uiri liberalitatem et beniuolentiam recenti memoria teneo, mihi Erfurtum transmisit atque aliquamdiu utendum concessit. item is qui nunc illi bibliothecae praeest,

S. G. de Vries, uir clarissimus, de quibusdam locis me liberalissime edocuit. quo factum est, ut mihi, si qua dubitatio iniecta erat, ea tolleretur. ex hoc igitur libro Thiele (de antiquor. libris pictis p. 2 sqq.) codicem Bononiensem (B^a) et descriptum et depictum esse affirmat. qui quamquam nuper (Ant. Himmelsb. p. 82) ipse uersus 142, 145, 146 — quibus u. 144 addendus erat — a librario *L* omissos in B^a inueniri concessit, tamen in sententia sua perseuerat, quod is, qui codicem B^a exarauit, praeter *L* etiam alio exemplo usus esse potuerit. iam non solum ex scripturarum concentu, sed etiam ex errore quodam librarii in planetario commisso (cf. p. 83 et 141) effici censet, ut ille codicem *L* descripserit. sed de scripturis uereor ne Thiele a uero abductus sit, nam eos tantum uersus codicis B^a, quos Dahms attulerat, cum *L* comparauit. et quantum ex Baehrensii apparatu uideo in reliquis sunt quae dubitationem moueant. uersu autem 234 a Thielio p. 83 allato *L* et B^a habent *motu*. testatur hoc et collatio Vlietiana et S. G. de Vries denuo de hac re a me interrogatus. ac de imaginibus iudicium mihi non sumo. quodsi non modo illae sed lectiones utriusque codicis in censum uocandae sunt, ad hanc rem diiudicandam *L* cum B^a accuratissime conferri necesse est. sed cum in eo sit, ut hice liber prelo subiciatur, ea res mihi in medio relinquenda est.

Iam uero codices *Fribergensem* XV aut exeuntis XIV saeculi (cf. Ed. Heydenreich, die Hyginushandschrift der Freiberger Gymnasialbibliothek, p. 8 Freiberg 1878); *Vaticanum 3293, Vaticanum Regin. 1801, Laurentianum Gaddianum plut. LXXXIX sup. n. 43*, de quibus cf. edit. Berol. p. XXIII sq., ut antea ita nunc quoque missos feci. neque *Ambrosianum D 52 inf.* (cf. Auieni Aratea, ed. Lips. p. VII et A. Holder, Auieni carm. p. XI sq.), de quo iam Gustauus Loewe me certiorem fecerat, dignum credidi quo uterer. item uereor, ne memorabile nihil afferat *codex Montispessulanus nr. 452,* olim Augustobonensis ('de Troyes'), saeculi XV, de quo cf. Catalogue général des

manuscrits des bibliothèques publiques des départements. Tom. I p. 462 sq. (Paris 1849).

Utri autem ordini libri ei, quos nunc primum adhibueram, adtribuendi esse mihi uiderentur, iam in unoquoque describendo supra dixi. restat ut de uno ex reliquis pauca dicam. Parisinus enim codex (*P*) quasdam praebet scripturas, quae cum Basileensi (*A*) mirum quantum discrepant. nam *P* habet u. 51 *tendit pene at cynosuran, A tenditatcynos uran*; u. 99 *P orbem, A aurem;* u. 125 *P c&usq. notauit, A notauitque coetus;* u. 142 *P cauda micat, A micat cauda;* u. 156 *P furentibus, A spirantibus;* u. 176 *P docer&, A docebat;* u. 472 *P sic currit latera*, *A sic diuidit latera* alia similia. huius modi autem lectiones ad exemplar scriptoris potius quam ad neglegentiam eius et emendandi cupiditatem quandam referendae mihi uidentur. itaque dubito an *P* ex O^{I} ipso non manauerit, ut inter illum et O^{I} exemplar aliquod, quo librarius *P* uteretur, intercessisse putandum sit.

Quae cum ita sint, codices omnes ita partior et diuido, ut familiae *O* libros *ABP* (= O^{I}) et *MA*S* cum Italis (= O^{II}), familiae autem *Z* codices *E* B^{a} B^{b} *L* adtribuam et subiciam. Italorum autem libros, quibus etiam V^{c} V^{d} *F* propter communem originem adscribendi sunt, seorsum ϛ signaui. et quamquam *S* et ϛ signo *O* una comprehenduntur, tamen consensum eorum, ubi memorabilis uisus erat, uncis inclusum signo ordinis *O* addidi. sed inter omnes ordinis *O* libros O^{I} adeo eminet, ut reliqui cum O^{II} tum *Z* prae illo neglegendi uideantur. itaque cum lectiones O^{I} cum O^{II} aut *Z* aut cum utroque discrepantes nec tamen Germanici sententiae obstantes tolerari potuerant, eas in uerba illius recipiendas esse duxi. neque igitur, ut hoc utar exemplo, Phaenom. u. 9 lectio *tanta,* quamuis O^{II} et *Z* *parta* speciose praebeant, uidetur esse reicienda. quodsi lectiones O^{II} cum *Z* facientes pluris quam O^{I} aestimantur, auctoritas testis grauissimi locupletissimique infringitur. neque enim, cum librorum O^{II} et *Z* maior pars interpolationibus

deprauata sit, illi arbitri certi esse possunt. attamen Germanici genus interpretandi, quo interpretatio Latina saepenumero abhorret a Graeco auctore, ratio ductuum litterarum traditarum, consuetudo sermonis Latini in primis poetarum, interpretis ipsius genus dicendi — haec igitur sola efficere posse mihi uidentur, ut neglecto ***O***^{I} ad ***O***^{II} aut ***Z*** confugiamus. cum uero ita sentiam, aliquot lectiones olim receptas a me nunc repudiari consentaneum est. item quidam loci, qui coniecturis in primis Grotianis iam sanati mihi uisi erant, memoria librorum manu scriptorum accuratius perpensa, cum neque ipse neque alii eis medicinam afferre potuissemus, sic ut traditi sunt manserunt, cruce insigniti.

His igitur codicum subsidiis, ne notae criticae farragine lectionum futtilium obruerentur uoluntatique redemptoris honestissimi satisfacerem, ita usus sum, ut codicum *ABPMB*^{a} lectiones grauissimas afferrem, praeterquam quod interdum scripturas leuiores antea falso allatas correxi, e reliquis autem libris selectas quasdam apponerem. item in discrepantiis leuioribus, maxime in nominibus propriis, unde uera scriptura prouenisset, neglectis reliquorum librorum scripturis indicasse satishabui.

Iam pridem postquam ‘anno domini M·CCCC·LXXIIII· *e*
die uigesima Martii’ Germanici Aratea primum *Bononiae*, tum ‘Anno ſalutis. M.ccccl xxx viii. octauo cal|endas nouembres.’ *Venetiis* a *Georgio Valla* Placentino, postea ab Aldo Venetiis a. 1499 edita erant, ut fieri solet, cum scripta ueterum sine adiumento si minus ullius at certe boni codicis in lucem prodeunt, uulgata orta memoria est. *v*
quae editionibus *Iacobi Micylli* (Basileae a. 1535), *Ioachimi Perionii* (Parisiis a. 1540), *Guilelmi Morelii* (Parisiis a. 1559) aliorum propagata est. melius autem recensionis fundamentum quam ei, qui antea Germanicum ediderant, uno neque eodem optimo codice usus iecit *Hugeianus Grotius,* cuius Syntagma Arateorum *γ*
a. 1600 foras datum est (cf. ed. Berol. p. XXX). ex eis

autem editionibus, quae post Grotii Syntagma et ante
o recensionem *J. C. Orellii* factae sunt, et *Joannis Con-*
σ *radi Schwartz* Miscellanea philologica et theologica
(Coburgi a. 1715), quibus 'Caesaris Germanici quae ex-
tant opera omnia' continentur, non sine fructu adhibui
et quae ab illa pendet editionem Luneburgensem a. 1728,
quae inscribitur 'Germanici Caesaris opera omnia. Aratea
Phaenomena, Prognostica epigrammata, et fragmenta'. is
autem, qui eam editionem euulgauit, non nominatur. quam
s *Christiano Friderico Schmid* cum Orelli Phaedri
fab. p. 150 tum W. Suringar, de mythographo astronom.
(prog. scholast. Leidens. a. 1842) p. 5 adn. 1 attri-
buit. Schmidii editio, etsi a Schwartziana repetita est,
tamen habet quaedam propria. uelut u. 32 coniecturam
Lachmanni *eas* et u. 546, qui uersus est 533 apud
Schmidium, meam *nouerca* praeoccupauit. de uersibus
autem suppositiciis, quos *Z* post u. 472 habet et Schmid
emendare studuit, postmodo dicam. postremo ut *Aemilii*
β *Baehrens* editionem uerbo attingam, nihil fere habeo
quod eis, quae de illa Herm. XVII p. 401 sqq. exposui,
adiciam, nisi quod ille paucos locos poematis emendauit
et de editione mea tam obiter iudicauit, ut iudicium
suum ne uno quidem argumento firmare animum indu-
ceret.

Atque ad *Jo. Conradi Schaubach* Aratea, quae
Lipsiae in bibliotheca uniuersitatis litterariae adseruantur
(cf. ed. Berol. p. XXIX) et *Danielis Parei* notas biblio-
thecae Regiae Berolinensis, Ms. Diez. B. 133. 4^0 signatas,
nunc accedunt:

Gustaui Sieg dissertatio de Cicerone Germanico Auieno
Arati interpretibus (Halis Saxonum 1886).

p *Pauli Panske* obseruationes criticae in Germanici Cae-
saris Aratea (Commentat. philol., quibus Ottoni Ribbeckio
congratulantur discipuli Lipsienses Lips. 1888).

m *Joannis Maybaum* dissertatio de Cicerone et Germa-
nico Arati interpretibus (Rostochii 1889).

ε *Robinsonis Ellis* Noctes Manilianae (Oxonii 1891).

Ernesti Maass de Germanici prooemio commentatio (Gryphisw. 1893).

Georgii Thiele de antiquorum libris pictis capita quattuor (Marpurgi Cattorum 1897).

Eiusdem Antike Himmelsbilder (Berl. 1898).

Praeter hos Germanici locos quosdam attigerunt:

C. F. Kinch, quaestiones Curtianae criticae (Hauniae 1883).

F. Stahl, dissertatio de Ausonianis studiis poetarum Graecorum (Kiliae 1886).

P. de Winterfeld, de Rufi Festi Auieni metaphrasi Arateorum recensenda et emendanda (Berol. 1895).

Quae autem per *acta litteraria* dispersa ad Germanicum pertinebant, ea, cum memoria digna uisa erant, suo loco attuli.

Quoniam de his rebus satis dixisse mihi uideor, nunc de inscriptionibus subscriptionibusque codicum et de lectionibus quibusdam Arateorum aut seruandis aut mutandis disputabo.

Ac primum quidem codd. *A E L* B^a V^b inscriptionibus carent, codici autem *A* haec subscripta sunt:

CLAUDI CAESARIS:·
ARATI PHENOMENA·
EXPLICIT FELICITER

inscribitur *P: CLAUDII CAESARIS ARATI* † *PHOENOMENA* ✠. eiusdem subscriptio est: *CLAUDII CAESARIS ARATI* † *PHOMENA · EPŁ ·* et B^b inscribitur: *CLAUDII CAESARIS · ARATI* ∗ *PHOENOMENA.* cui subscriptus est uersus christianus cf. ed. Berol. p. XVIII. ex his autem titulis colligi potest, archetypi ***O*** inscriptionem fuisse: *CLAUDI CAESARIS ARATI PHAENOMENA.* nam quae *B M A**, qui subscriptionibus carent omnes, pro indicibus praebent, ea recentiorem aetatem prae se ferunt cf. supra p. I sq., p. VIII, p. X. idem *A** et *E* subscriptionum expertes sunt et subscriptiones *L* et B^a (cf. supra p. XIV et p. XI) nihil ad rem faciunt. *S* autem inscribitur:

T. Claudii caesaris arati phenomenia et subscriptionem habet: *T. claudii cesaris arati · phenomena explicit feliciter.* a quibus stat quod V^a fol. 52 adu. adiecit: *Inueni librũ metricũ et prosaicũ cui titulus erat.* | *T. Claudii Cesaris Arati phenomenia de celi positioẽ et quĩq. circulis mundi.* | *Ex hoc libello excerpsi sotĩ mo͠o carmina.* | *sed ĩ alio uolumĩ tam uersus g̃ prose scripta st'.* Reliqui autem Italorum libri uix ullam habent auctoritatem uelut *V*, qui inscribitur *Aratus sicionius in sicilia noviter repertus incipit feliciter.* *F* habet primo folio haec: *FRAGMENTUM: ARATI* | *IN. SICILIA: COMPERTUM.* | *CUM: COMENTO* (item fere V^c), folio quarto: *ARATUS: A: M: TULLIO* | *CICERONE: TRADUCTUS*: eadem fere leguntur in V^d. quod *S* et V^a nomini gentili praenomen *T.* praefixerunt, *Titum* ullum Caesarem fieri non potest ut cogitemus. quod autem Germanici praenomen ante adoptionem fuisse ueri simillimum sit, exposuit Th. Mommsen, Herm. XIII p. 245. sed cum Germanicus post adoptionem Phaenomena ediderit (cf. Phaen. 2 et 15 sq.), librarii *CLAUDI* falso inscripserunt cumque inde Germanicus Iulius Caesar dictus sit (cf. Prosopographia imperii Romani II n. 146 ed. H. Dessau), pro *CLAUDI* ponendum est *IVLI.*

Quodsi quaeritur, quem indicem Germanicus ipse sibi sumpserit, ex eis, quae antea (ed. Berol. p. XI sq. et Berl. phil. Wochenschrift 1893 Nr. 36 col. 1133 sqq.) disputauimus, duo poemata composuisse et unum, quod u. 1—725 praeter u. 531—567 continetur, uiuo, àlterum, cuius reliquiae supersunt, mortuo Augusto edidisse existimandus est. illud autem ex archetypi testimonio *Arati Phaenomena* uidetur inscripsisse. nam Ernestus Maass, qui de Germanici prooemio comment. p. XII inscriptionis traditae genetiuum *Arati* ‘ut e uetusta sed falsa coniectura coortum’ non delendum, sed secludendum proposuit, etiamsi nomen Arati reliquiis non deberi satis demonstrauerit, tamen illud Phaenomenis quoque demendum esse probasse non uidetur. etenim cum in codicibus

*APMA** fragmentum IV sine ullo interuallo Phaenomena sequatur, iam archetypon ***O*** unum poema Germanici uno fragmento alterius poematis auctum praebuisse manifestum est. ab hoc autem fragmento alterum poema coepisse non potest, id quod cum primo fragmenti uersu tum toto argumento probatur. quodsi codices *A P* etiam in subscriptionibus *ARATI* praebent, librarii, cum unum poema descripsisse sibi uisi essent, inscriptionem exempli sui incauti repetiuerunt. reliquiarum autem index qui fuerit prorsus ignoratur. Prognostica enim, quam inscriptionem librarii a Cicerone repetiuisse uidentur, Maass iure excussit.

Venio ad eas lectiones, quas supra significaui.

De extenuata ui uerbi cogendi actiue positi J. Vahlen copiose disseruit (Sitzungsber. d. Berl. Acad. d. Wissenschaft. 1882 p. 277 sq.). Germanici autem u. 15 eandem uim extenuatam passiuo subiectam esse uidemus, ut *cogor* hoc loco interpretandum sit: ich fühle mich gedrungen, id quod non nimium abest ab usitata ui passiui: ich sehe mich genötigt. *cogor* autem optimorum librorum auctoritate prae lectione ***Z*** *conor* correctoris manum indicante firmatur et propter differentiam formarum ne *g* quidem litteram cum *n* casu commutatam censendum est.

V. 59 a uerbis *lucetque nouissima cauda* apodosis sententiae incipit. Aratum (u. 58 sqq.) enim secutus, non Hipparchum, qui illi (comment. I c. IV § 4 sqq. p. 32 C. Manitius) oblocutus est, Germanicus, ut stellas γ et ξ draconis et η ursae maioris propter claritatem inter se congruere doceret, dextrum tempus draconis significauit. ab Arato autem ipso ita dissentit, ut quod ille dixit u. 59 *μάλα δ᾽ ἐστὶ κατ᾽ ἰθύ* interpretari neglexerit. quantumuis enim Helices cauda a capite draconis distet, tamen hae stellae ad claritatem uidentur esse uicinae. quare Auienus quoque Arat. 159 sqq. draconem ursae spatio propiore appropinquantem et confinia caudae illius subeuntem fingit ursaeque stellas dicit uicinas flammas.

Lectionem librorum u. 119 quae est *signo* una uoce

traditam J. Maybaum de Cicerone et Germanico etc. p. 36 sq., cum contraria sibi esse terminum et signum recte monuit, satis prospere tutatus est, nisi quod homines aureae aetatis signis ita usos esse, ut uicinus uicino 'aranti' ostenderet 'hic finem sui agri esse' falso dixit. neque enim Germanicus Arati uerba ἀλλα βόες καὶ ἄροτρα (u. 112) respexit aut conuertit, sed cum aetate aurea sua sponte i. e. inaratam tellurem fructus dare dixisset, fieri non potuit, ut agricolas arantes sibi fingeret.

Quamquam me non fugit, quod Lachmannus ad Lucret. I 130 *tunc* ante consonantem contra poetarum antiquorum usum esse docuit, tamen u. 152 scripturam **O** *tunc* retinendam esse censeo. nam insequenti *tunc*, ut grauitas temporis aestiui intellegatur, fit anaphora. eadem de causa u. 293 *tunc rigor* propter sequens *tunc* retinui. item u. 313 *tunc totus* seruaui neque uero *tunc* ter ante consonam u. 566 repetitum, cum iste uersus interpolatoris esset, ex lege Lachmanniana mutandum esse duxi.

Etsi *lumina* u. 165, quod P. Burmannus scribendum proposuit, cum Arati uerbis (u. 156) ἀστέρας Ἡνιόχοιο magis conspirat quam *numina,* tamen librorum memoria, cum Germanicus astra etiam numina dicere soleat (cf. Maass, de German. prooem. p. IV), tuenda est.

Pro *totam* u. 169 lectione **Z** *portans* collata *positam* scribendum esse uidetur. neque enim fieri potest, ut auriga p a r t e m caprae gerat.

Initium u. 224 *inde subest aries* Maybaum p. 38 corruptum et Germanico indignum esse censet, at *subest* hoc loco latiore ui usurpatum est et idem quod nostrum: ist in der Nähe. quae significatio tam usitata est ut uix sit quod exemplis probetur.

Vrsa, quam Germanicus u. 225 indicauit — ut hoc interpretationis causa addam — est ursa maior, etsi Aratus u. 227 Cynosurida i. e. minorem dixit. Lycaonis enim arctos est ursa maior uel Helice, Lycaonis filia. itaque Germanicus ab Arato discedens celeritatem arietis cum tarditate ursae maioris comparat.

Quod piscis borealis u. 247 *dextram Andromedae cernetur ad ulnam*, et ab Arato et a re ipsa abhorret. itaque Maybaum p. 39 *lacuam* pro *dextram* scribendum esse existimat. cui coniecturae litterae librorum obloquuntur. tanta autem in rebus astronomicis Germanici diligentia fuit, ut non uerear, ne cui Grotii sententia hunc errorem magis Germanici quam librarii esse censentis probetur. quamquam antiquitus fuerunt, qui ἐν τῇ σχεδογραφίᾳ dextrum Andromedae umerum pisci boreali appropinquare dicerent, etiamsi ἐν τῇ οὐρανοθεσίᾳ illi appropinquaret sinister. haec quidem scholiastae Aratei ad. u. 249 (Arat. ed. Bekker p. 72, 35 sqq.) sententia est, qui ut mirabile hoc commentum probaret, haec addidit: ἐμπέπηγε γὰρ ἐπ' ὄψιν τῷ οὐρανῷ τὰ ζώδια καὶ τὰ νῶτα αὐτῶν ἡμεῖς ὁρῶμεν. ἡμεῖς δὲ τὸ ἀνάπαλιν τὰ νῶτα πρὸς τὴν σφαῖραν γράφομεν· οὐ γὰρ δυνατὸν ἐν τῇ σφαίρᾳ οὕτως ὥσπερ ἐν οὐρανῷ γραφῆναι. οὐ γὰρ ἂν αὐτὰ ἑωρῶμεν (cf. ad. u. 250 p. 73, 3). quodsi ille non erraret, in astris depictis quicquid in caelo dextrum erat, sinistrum esset et rursus dextrum, quicquid in illo sinistrum erat. etiamsi hoc poneremus, tamen in describendis astris unus ordo seruandus erat siue οὐρανοθεσίας siue σχεδογραφίας, non modo hic modo ille sequendus. quae autem fuerit Arati consuetudo, Hipparchus (comment. I c. IV § 5 sqq. p. 32 Manit.) docet. Germanicum igitur hoc loco, quod scholiasta uel alii id genus homines delirassent, id uerum esse sibi persuasisse, uix crediderim. nam imagines ita describere solet, ut omnes fere figurae nisi forte κατάγραφοι sunt, uultus de caelo ad terram dirigere uideantur. hoc autem loco in lectione tradita eaque falsa *dextram* aliquam proprietatem uel habitum sinistrae manus Andromedae, quo illa facile sinistra intellegatur, latere suspicor. uelut Germanicus u. 627 dextrum crus nixi in genibus, quia humi submissum est, *flexum* nominauit, quare illic Dahmsii coniectura *dextro* pro *flexo* reicienda est.

Herculem Germanicus, ut u. 65 *effigiem defectam labore* et u. 278 *defectum sidus* nominauit, ita u. 272

orationis uariandae causa *labore deuictam effigiem* uidetur nominasse. item Germanici imitator Auienus Arat. u. 186 sq. Herculem *labore deuictum* uocauit.

Eberhardi Vogel errore inductus uersum 290 in *M* leg nuper dixi (Festschr. d. Erfurter Gymn. 1897. Abhdl. 6). eum autem uersum a librario *M* omissum esse locupletissimus testis est J. Tschiedel. praeterea nunc *nam* retineri posse duco.

Quamquam u. 313 *O* habet *repit*, B^a autem et *L* *regit*, tamen quod Grotius coniecit *redit* in archetypo fuisse credo. neque enim quicquam facilius commutari poterat quam *D* et *P*, uelut u. 106 *O* habet *intercipit*, *Z intercidit* (cf. etiam Maybaum p. 35). ac particula *tunc* ante *alte* posita huic aduerbio secundam sedem in uersu attribui manifestum est cf. quae supra ad u. 152 adnotauimus. itaque Paulo de Winterfeld ut *tunc repit Cynosura alte* scribatur postulanti (cf. Herm. XXX p. 560) adsentiri nequeo. Germanicus autem, etsi sidera orientia in caelum uel caelo redeuntia facere solet, hoc loco, ut Arati uerba (u. 309) *ὕψι μάλα τροχάει* interpretetur, Cynosuram, quippe quae numquam occidat, alte i. e. in culmine caeli gyrum suum trahere dicit.

Memoria codicum *P M A* * *S* ς *cetera* u. 402 Aratei *ἄλλων* (u. 413) admonemur. neque igitur Vossio hanc lectionem ut siccam prae scriptura codicum B^a *L tempora* neglegenti assentiendum est.

J. Frey nou. mus. Rhen. XIII p. 417 uersum 457 deleri uoluit et Grotius uersum 458 suppositicium eundemque ex Ciceronis uersu 249 et Germanici u. 496 contaminatum esse censuit. qua de re p. IX editionis Berolinensis satis dictum uidetur.

Versus duo post uersum 472 a *Z* traditi partim ex Germanici u. 474, partim ex alio scriptore, qui umeros Ophiucheos uastos, non, ut Aratus u. 450, pulchros nominauerat et tauri ungulam circulo aestiuo tangi falso aut docuerat aut docuisse putabatur, contaminati sunt. quos suppositicios esse primus uidit J. C. Schwartz, sed et hic et iam ante eum Grotius u. 461—472 ad arbi-

trium suum transposuit et mutauit. quin etiam ille uersum 472 una cum duobus uersibus interpolatis uncis inclusit. is autem, qui Aratea Luneburgi anno 1728 edidit, uersibus falsarii ita opitulari studuit, ut assumpto uersu 471 ita scriberet:

Cancro qua fulgent oculi, illac regula currit (sic)
(1) Per medios; sic diuisit latera utraque, tangit
(2) Et Geminis humeros Tauri sic ungula dextra
(3) Et Geminis humeros, ubi Tauri cornua planta
(4) Radit Hypheniochi vasto fulgore notandi.

cum uero extrema pagina *Radit* pro custode qui dicitur positum sit, uersus autem (3) a pagina proxima incipiat, haud scio an per errorem in poema irrepserit.

Versibus 482—484 haec uidentur contineri eaque sic inter se cohaerere: 'Dies ist der nördliche Wendekreis, der gegenüberliegende ist der südliche, somit bezeichnet der Wendekreis des Krebses die Grenzen des Sommers, der des Steinbocks die Grenzen des Winters.' Sic recte procedunt sententiae, sic *hoc medium sidus* ad *aegoceros* (u. 483) nullo negotio refertur. itaque auctore Grotio ordinem uersuum 483 et 484 mutaui.

Extremo u. 499 *librat quae sidera mundi* recepi. nam quod libri ***O*** praebent *libato* ex *libat q.* facile commutari potuit. *librato* tamen pro *libato* libris ***Z*** confirmatur. sic ne *mundi* quidem mutari opus est.

V. 508 cum Germanicus Hipparchum (comm. I c. X § 20 p. 108 Manit.), qui genua ophiuchi aequinoctiali circulo australiorem esse dixit, secutus esse uideatur, ne cum Grotio quidem hoc loco quicquam mutandum est.

Cum iam dubitandum non sit, quin u. 526—530 codici Basileensi ab eodem librario, qui totum librum exarauit, additi sint — nam quod Martinus Hertz de ea re indicauerat (cf. ed. Berol. p. VI), uerum esse A. Kiessling et Aem. Baehrens confirmauerunt — cumque eidem uersus, quorum u. quingentesimi uicesimi sexti pars altera a uersu 473 repetita est, in reliquis omnibus libris, qui

quidem hoc loco in censum ueniunt, inueniantur, iam antiquitus hos uersus uerbis poetae inculcatos esse ueri simillimum est. hoc autem primis iam post Christum saeculis factum esse potest. nam tertio saeculo usque ad sextum saeculum Germanici Aratea lectitata esse Lactantius Firmianus et Priscianus uersus ex illius poematis afferendo testantur. sed fortasse auctor uersus 525 non tam malus poeta fuit, quam per neglegentiam librariorum uidetur, nam quamquam in his uersiculis aliquid mutare taedet, tamen u. 529 dubito an sic possit restitui: *una sui, radius quantum a tellure recedit.* restat ut de u. 528 adiciam, praeter genetiuum trisyllabum *spatii,* de quo disputauit Lachmannus ad Lucret. p. 326, genetiuos substantiuorum nominum tribreuium apud Germanicum non reperiri. nam et u. 232 et 281 *medii* est nomen adiectiuum.

Postquam J. Frey (nou. mus. Rhen. XIII 418 sqq.) u. 531—572 Prognosticorum quae dicebantur reliquiis adtribuit, nunc illi ita adsentior, ut non solum u. 570—572, quos iam antea retinui (cf. ed. Berol. p. XI), sed etiam u. 568 et 569 hoc loco retinendos esse censeam. item iudicauit Paulus Panske, obseruat. critic. in Germanici Caesaris Aratea (Comment. philol. quibus O. Ribbeckio congratulantur discip. Lips. p. 508 sq.). priorem autem sententiam meam Baehrens secutus est, nisi quod et u. 565—567 genuinos duxit et uersum 567 infeliciter temptauit (cf. Herm. XVII p. 403). deinde Gustauus Sieg, de Cicerone Germanico Auieno etc. p. 25 sqq., locum, qui est de zodiaco, Germanico abiudicare conatus est. quem Joannes Maybaum, de Cicerone et Germanico etc. p. 22 sqq. iure impugnauit. et hic rem eo deduxit, ut zodiaci descriptionem Phaenomenorum partem, non reliquiarum, probare conaretur. cui Ernestus Maass, de Germanici prooemio p. I adstipulatus est. quorum utriusque sententias refellere studui cf. Berl. phil. Wochenschr. 1893 col. 1133 sqq. reliquum est ut de argumento quodam a Gustauo Sieg p. 25 allato pauca dicam. is enim,

quod Germanicus et u. 550 pollicitus esset fore ut sibi musa scorpionem caneret *dicto prius Orione* et u. 644 scorpionis fabulam cum Orione conexam retulisset, inde Germanicum iam uersu 550 posteriorem partem poematis indicasse colligendum esse putauit. atqui cum scorpio, quae fabularum astronomicarum memoria est, demum propter scelus Orionis ortus sit, consentaneum est, Orionem ante scorpionem commemorari. quodsi Germanicus u. 644 sqq. primo Orionis, tum scorpionis fabulam narrauit, id eum ne eadem quidem causa, sed quia Arati uersus 634 sqq. interpretaretur, fecisse arbitror. hinc igitur nihil concludi potest.

Germanicus u. 544 cancrum sidus dixit *bellum.* quod utrum per ironiam et dissimulantiam fecerit, id quod Ellis Noct. Manil. p. 239 suspicatus est, necne, in medio relinquam. sed hoc mihi certum uidetur, lectionem illam *bello* ideo quod eam satis explicare nesciamus, spernendam non esse.

Quod Germanicus, postquam oriente cancro ultimam caudam serpentis conspicuam esse docuit, u. 593 eam tortus timendos habere addit, haec est explicatio sententiae praecedentis. quae re ipsa probatur, nam tortus illi ultimi habent stellas satis lucidas uelut η et ϑ. itaque Maybaum p. 45 *latet* pro *habet* scribendum sine causa proposuit.

Chiron u. 669 *cruribus obscurior* — sic enim coniungendum est — dicitur prae reliquis membris, quae iam apparuerunt. *arcum* autem pro *arcu* a Grotio recte positum esse iam concedo.

Baehrens uersus, quos codex Einsidlensis fragmento alteri subiunctos habet, ad idem fragmentum pertinere posse dixit. hoc primo obtutu probabile uidetur. nam postquam Germanicus, quae cursuum spatia Sol Luna Venus Mercurius Mars tenerent, fragm. II 1—16 exposuit, eum de Ioue et Saturno dicturum esse expectamus. de Iouis autem cursu sunt duo priores uersus codicis *E*, inter quos et eos, qui secuntur, desideratur circumitus Saturni. at-

qui in his extremis uersibus eadem inest sententia, quae uersibus 8 et 9 fragmenti II traditur, nisi quod citatior cursus lentiori praepositus est. priores igitur uersus Germanici esse possunt neque tamen res incohata insequentibus uersibus continuatur, sed ea, quae iam exposita sunt, iterantur. quae cum ita sint, uersus Einsidlenses Germanici esse mihi persuadere non potui.

Fragm. IIII 20 *laeta* posui pro *laete* et *letę* membranarum. *laeta* autem ad *modice* quoque referendum duco, ut Germanicus Iouem in sagittario hiemi sua sidera numquam *laeta,* in capricorno tamen *modice laeta* reddere dicat.

Fragm. IIII 42 libri habent *adprime* et *ad primae* pro *at primae*, quod Iriarte coniecit; fortasse *atque imae* scribendum est. neque tamen *scorpios atque imae* ponere ausim, quia Germanicus particulam *atque* secundo loco numquam posuit.

Fragm. IV 73 est locus conclamatus, quem multi iam frustra temptauerunt. ego autem coniecturam, quam uero proxime abesse credo, recepi:

haec tibi signa dabit cum l u c e s e r e n a
ingrediens Venus alma polum.

Venus igitur, quo tempore *cum luce serena* i. e. mane apparuerit, haec signa (u. 49—73) tibi dabit. ex *ſerena* corruptum *ferora* et *cur* ex dittographia antecedentis *cum (cũ)* ortum esse potest, ut ex *luce serena* archetypi fieret *lucifer cur ora* codicis *A*. qua in re unum hoc dubitationem habet, quod *cur* medio uocabulo *serena* insertum uidetur. sed is, qui librum *A* scripsit, uerba tam male distinguere solet, ut in hac quoque re peccare potuerit.

Additamentum Arundelianum, fragmentum V Baehrensii, quod inter reliquias receptum primo loco posueram, Germanici esse non posse nunc demum intellexi. Carolus enim Sittl in eo libro, qui inscribitur 'die lokalen Verschiedenheiten der lateinischen Sprache' (Erlangen 1882) p. 104 sq. ante Minucii Felicis aetatem genetiuum casum

nominis substantiui abstracti pro adiectiuo positum uelut *errorem prauitatis* pro *errorem prauum, odorem suauitatis* pro *odorem suauem, filius perditionis* pro *filius perditus* in usu non fuisse docet. quodsi fragm. V 2 *humeris uirtutis* traditum est, hoc pro *humeris uirtute praeditis* posito genus illud dicendi Afrorum et Hebraeorum indicari manifestum est. Atlas enim globum umeris portans artifici uersuum Arundelianorum obuersatus uidetur. primo autem loco eos ponendos esse putaueram, quia Germanicus poema de planetis ab Atlante, Libyae filio, inuentore astrologiae et sphaerae (cf. Plin. n. h. VII 203 et II 31), et cum ei eodem poemate de tempestatibus agendum esset, ab Aeolo, Hellenis filio, uentorum rationis inuentore (cf. Plin. n. h. VII 203) coepisse mihi uidebatur. nunc uero ἕρμαιον Baehrensianum abiit ἠύτε καπνός.

Exclusis igitur uersibus Arundelianis quattuor restant fragmenta una cum Phaenomenis tradita. quorum memoria mirum quantum perturbata est. nam praeter primum fragm. III et II — hic est ordo membranarum — libris ordinis ***Z*** continentur, quartum autem est ordinis ***O***, sed ita ut *A P M A* S* totum seruauerint, Italis autem u. 1—51 desint. hinc uero utrumque archetypon librorum, qui aetatem tulerunt, mutilatum et perturbatum fuisse apparet. hoc autem mihi quidem magis consentaneum uidetur, quam quod censuit Maass, de Germanici prooemio p. XI, 'eclogas e toto quodam Germanici poemate astronomico a nescio quo anthologo desumptas superesse in fragmentis'. uerum cum archetypon mutilatum fuerit, ne mirum quidem uideri potest, fragmentum primum ex altero poemate in alterum irrepsisse. cuius rei causa dubito an imago sphaerae fuerit, qua *A* exornatus est (cf. supra p. XII) et cuius *B* non expers fuit (cf. Rose, Meerman-Handschr. p. 287 col. 1 praenotat. ad Phillippicum 1830 et p. 289 col. 2 Phillippic. 1832 et Thiele, Antike Himmelsb. p. 157). fieri enim potuit, ut sphaera, cuius insignis pars zodiacus est, poemati alteri affixa una cum fragmento primo ad Phaenomena trans-

ferretur. sed quo id cumque modo se habet, in hac re rationes ab elegantia poematis ipsius repetitae, quas Berl. phil. Wochenschr. 1893 col. 1133 sqq. attuli, maius momentum facere mihi uidentur.

Restat fragmentum sextum, quod debetur Prisciano. quod si ad Phaenomena iure refertur (cf. Maass eod. loco p. XII), haud scio an post u. 263 locum habuerit.

Dum libellus prelo premitur, haec addenda et corrigenda esse intellexi:

5 ardentẽ *(lineolam supra* e *add. m. 2) B* 12 pars *(*a *ex corr. m. 1) B* 26 Plaustraq; *(*q; *supra* a *add. m. 1) B* 33 meritã *P* 35 Tutarunt *pro* fouerunt *coniecit Wakefield ad Lucret. II 634 (ed. Glasguens. 1813 uol. I p. 306)* 36 Dictaei texere, deae famuli, Corybantes *coni. idem eodem loco* 46 cardinẹ *P* 58 quae *coni. f* 59 quaeque *coni. f* 80 ophiuchum *(ex corr. m. 1) B* 88 Ad *ex* At *corr. m. 1 B* quã *B* quas edorsos inuadit *M* 89 chelẹ *(detritum, non erasum uidetur) B* 93 tristitia *(*s *fortasse m. 1 inseruit) B* 107 famat in mediis *P* 131 eff&a *P* *post 134 haec sunt in B:* Quisquis ate prior nec uestigia quinq. secunda 135 mens est laetata *coni. N. Heinsius (Propert. edd. Burmann et Santen p. 530)* 138 *Germanicus apud Aratum u. 134 legit ἔπτατ' ἐπουρανίη (cf. Maass p. 11)* 145 *fortasse* explentur *pro* expletur *legendum est* 194 *Heinsius ad Ouid. met. VII 268 commendat scribendum:* pernox cum caelo luna refulsit. *'ita locus ille ex optimis membranis scribendus'.* 196 *cf. Heinsius, Aduers. 149* 199 *cf. Heinsius ad Ouid. art. am. III 429* 201 totamq. cernere *P* 205 sq. districtaque pendet Brachia, ceu magni teneantur robore saxi *Wakefield ad Lucret. V 1034 (III p. 176)* 234 Est autem propriore *P* 247 *scholion Arateum, quod supra p. XXIII ex I. Bekkeri Arato attuli, nunc Maass, Commentariorum in Aratum reliquiae p. 383 sq. (Berolini 1898) ita edidit: ὁ δὲ ἀριστερὸς ὦμος τῆς Ἀνδρομέδας πλησιάζει τῶι Ἰχθύι ἐν τῆι σφαιρογραφίαι, ὁ δὲ δεξιὸς* ⟨*ἐν*⟩ *τῆι οὐρανοθεσίαι· ἐμπέπηγε γὰρ ἐπ' ὄψιν τῶν οὐρανῶν τὰ ζώιδια, καὶ τὰ νῶτα αὐτῶν ἡμεῖς ὁρῶμεν· οὐ γὰρ δυ-*

νατὸν ((αὐ))τὰ ἐν τῆι σφαίραι γραφῆναι οὕτως, ὡς ὁρῶμεν (cf. ad u. 251). *quamquam igitur additamentum Aldinum (cf. Maassii not.), quod Bekker recepit, reiciendum est, tamen ea re Hipparchi sententia non refellitur* 254 findere *coni. Heinsius ad Ouid. met. IV 717* 263 *Germanicus apud Aratum u. 263 legit* Ἀστερόπη *(cf. Maass p. 17)* 269 hiems *MA** hi(y)emps *AP* 292 *de consensu Germanici et Arati u. 291* (βοωμένη) *cf. Maass p. 19* 295 animi *V* temeria *B*ª *m. 1 L* 296 cernant *B*ª *m. 2* 305 mare fluctibus *coni. Burmann, Prop. p. 543* 335 priuo sub nomine *coni. Heinsius ad Ouid. met. IX 20* 338 adflete *A** haud uegetae *pro* adfectae *coni. Heinsius*, *Ouid. fast. III 238* 341 *Germanicus apud Aratum u. 341 fortasse legit* διώκει *(cf. Maass p. 21)* 342 infera *A** 343 primãe sub orione lusum *(sic) SV*ª 401 ċerta *A* 404 *Germanicus apud Aratum u. 417 fortasse legit* ἀνέμοιο *(cf. Maass p. 25)* *413* borean *B*ª*L* boream (-ā *A**) **O** 414 inmania *scr.* immania **Z** 440 *cf. P. de Winterfeld de Auieni metaphrasi Arateorum p. 22 sq.* 445 labor *C* lator *P* 448 'colligat *E margo* colligit *E textus*' *β* 459 Borean *γ* boream **Z** 462 laeuam **O** *B*ª *m. 2* l(a)eua **Z** 464 pulsu ē *P* 477 rapida *P* 486 Fundentes *P* inplicat *P* 528 inperior *A** 548 orbem *P* 565 posteā *a lege metrica abhorrens falsarium indicat* 585 Gargaron aut iden *E* Gargaro nauti dens *B*ª*L* 643 Cepheus *V* cephoeus **Z** 690 cygnus *B*ª fr. II 5 Juppiter *L* Jupiter *E* fr. III 10 aera *B*ª *L* area *E*. *Fragmenti quarti uersus 1—52 post Iriarte Petrus Burmannus Secundus, Antholog. ueterum Latinorum epigrammatum et poematum, Tom. II p. 338—341, apographo Heinsiano codicis Parisini (P) usus, addidit et nonnullas Nicolai Heinsii coniecturas, partim ab Iriarte praeoccupatas, attulit.*

Fr. IV 69 attingit (n *deleta*) *A* 70 ignis *pro* imbris *habet* **O** *ex antecedente uersu* 100 quis *coni. N. Heinsius ad Ouid. hal. 60* 101 ac *coni. idem eodem loco* 121 plaucidum *P* Epigr. Latin. I 5 sqq. *de Ilio surgente cf. Th. Mommsen, Festrede zum 27. Januar 1889 (Sitzungsber. d. K. Preuss. Akad. d. W. 1889 IV Stück p. 23 sqq.); V. Gardt-*

hausen, Augustus u. s. Zeit I 2 p. 544 sqq. et 830, II 1 p. 477.

Spicilegio iterum facto haec accesserunt: 19 seruat ***C*** ser· *(sic) B* 28 *supra* feras *legitur* dicas B^a 32 Cresia ***C*** Cressia *B P m. 1* 36 mendaci ***C*** mendacis B^a *m. 2* 338 adflete *A** 381 pristī B^a 389 E ***O*** B^a *m. 1* Et ***Z*** 484 flagrantia ***O*** flagranti *E* 661 Nil — nil B^a *ex* nihil *mut. L* ǂ nihil *E margo 703 et 704 in margine inferiore manus eadem addidit* B^a *Fr. II* 5 tristi Saturnus ***Z*** tristiter saturnus *E Specimen scripturae codicis Bononiensis (cf. p. XI) inuenitur in The Palaeographical Society, Part. VIII pl. 96 (cf. Holder, Auieni carmina p. XIII) de Buhlii et Halmae editionibus cf. Orelli, Phaedri fab. p. 149 sq. et edit. Berol. p. XXXI.*

Restat ut Ministerio Regio, quo suffragante recentior codex Matritensis mihi in hanc urbem transmissus est, ea qua par est obseruantia gratias agam uel maximas. neque eis uiris doctis, qui me in hac editione conficienda adiuuerunt, minorem habeo gratiam semperque habebo. praeter eos autem, quos iam compluribus huius praefationis locis commemoraui, etiam nominandi sunt uiri clarissimi et doctissimi V. Rose et L. Stern, qui libris manuscriptis bibliothecae Regiae Berolinensis praesunt.

Scrib. Berolini autumno a. MDCCCXCVIII.

EXPLICATIO NOTARVM

A = codex Basileensis A. N. IV, 18
B = codex Berolinensis, Meerman. 130 (Phillippicus 1832)
P = codex Parisinus 7886
} O^{I}

M = codex Matritensis 19
*A** = codex Arundelianus 268
S = codex Strozzianus 46

V = codex Vrbinas Vaticanus 1358
V^a = codex Vaticanus 3110
V^b = codex Vaticanus 1653
V^c = codex Matritensis V 215
V^d = codex Berolinensis lat. oct. 149 (Phillippicus 16 231)
F = codex Panormitanus 2 Q q. E. 11
} O^{II}

ς = consensus codicum *V*—*F* omnium aut nonnullorum
O = consensus codicum O^{I} et O^{II} omnium aut nonnullorum

E = codex Einsidlensis 338
B^a = codex Bononiensis 185
B^b = codex Bernensis 88
L = codicis Leidensis Voss. L. Q. 79 litterae capitales
l = eiusdem codicis litterae minusculae
} ***Z***

Z = consensus codicum *E*—*L* omnium aut nonnullorum

C = consensus codicum ***O*** et ***Z*** omnium aut nonnullorum

e = editio princeps (a. 1474)
v = lectio uulgata
β = Aemilius Baehrens, Poetae Latini minores uol. I p. 142—200 (Lips. 1879)
γ = Hug. Grotius, Syntagma Arateorum (Lugduni Batauorum 1600)

d = R. Dahms, Ad Germanicum Caesarem (Jahrb. f. class. Philol. 1869 p. 269—275)

ε = R. Ellis, Ad Aratea Germanici (Noctes Manilianae p. 234—248)

f = J. Frey, Zu Germanicus (Rhein. Mus. N. F. 1858 p. 409—427)

*f** = J. Frey, Epistula critica de Germanico Arati interprete (Progr. Culm. 1861)

fs = A. Breysig, Germanici Phaenomenorum loci quidam adnotati (Festschrift des Erfurter Gymnasiums, 1897 Abh. 6).

i = J. Iriarte, Catalog. Mss. Graec. bibl. reg. Matritensis p. 203—212

m = J. Maybaum, De Cicerone et Germanico Arati interpretibus p. 18—52 (Rostockii 1889)

o = J. C. Orelli, Phaedri Aug. liberti fabulae Aesopiae. Accedunt Germanici Aratea (Turici 1832) et Phaedri fabulae nouae XXXII. Appendix p. 57—60 (Turici 1832)

p = P. Panske, Obseruationes criticae in Germanici Caesaris Aratea (Commentat. philol. Ribbeckio oblatae p. 506—509)

pr = A. Breysig, Miscellanea critica (Progr. Erfurt. 1873)

σ = J. C. Schwartz, Miscellanea philol. et theol. p. 1—174 (Coburgi 1715)

s = (Chr. Fr. Schmid), Germanici Caesaris opera omnia (Luneburgi 1728)

Voss = Des Aratos Sternerscheinungen etc. (Heidelberg 1824)

Maass = Arati Phaenomena (Berolini 1893)

Asterisci uersibus carminis praefixi *interpolationem,* in apparatu in linea iacentes *rasuram,* inter duos uersus positi *lacunam* indicant.

Crux corruptelam significat.

Vncinis [-] delenda aut transponenda inclusi.

Numeri obliqui margini additi uersus Arateos indicant.

CLAVDI CAESARIS
ARATI PHAENOMENA

Ab Ioue principium magno deduxit Aratus.
carminis at nobis, genitor, tu maximus auctor;
te ueneror, tibi sacra fero doctique laboris
primitias. probat ipse deum rectorque satorque.
quantum etenim possent anni certissima signa,
qua sol ardentem cancrum rapidissimus ambit
diuersasque secat metas gelidi capricorni
quaue aries et libra aequant diuortia lucis,
si non tanta quies, te praeside, puppibus aequor
cultorique daret terras, procul arma silerent?
nunc uacat audacis in caelum tollere uultus
sideraque et mundi uarios cognoscere motus,
nauita quid caueat, quid scitus uitet arator,
quando ratem uentis aut credat semina terris.
haec ego dum Latiis cogor praedicere musis,
pax tua tuque adsis nato numenque secundes!

De inscriptionibus codicum cf. praef. p. XIX sq. ‖ *1—17 om. M* ‖ *de interpunctione cf. Berl. phil. Wochenschr. 1896 col. 187 sq.* ‖ 5 possent ***Z*** possint ***O*** ‖ 6 ardentem ***C*** ardente *A* ‖ 8 Quaue ***O*** Queue (Quęue B^a *m. 2*) ***Z*** ‖ 9 tanta ***O*** B^b *m. 2* parta A^* *S* ς ***Z*** ‖ 10 arma *A* ***Z*** ama *B* arua *P* ‖ 11 Nunc ***C*** Nuc *B* | in ***O*** ad ***Z*** ‖ 12 cognoscere ***O*** agnoscere ***Z*** ‖ 15 Latiis *A* A^* V^a *coni.* γ laciis *S* latus *B* latis *PL* letus V^c l(a)etis ς | cogor ***O*** (*S* ς) conor ***Z*** *cf. praef. p. XXI* ‖ 16 Numen, que *Maass, de Germanici prooemio (Gryphisw. 1893) p. VIII cf. B. ph. W. 1893 col. 1135*

Arati u.

Cetera, quae toto fulgent uaga sidera mundo, 19
indefessa trahit proprio cum pondere caelum.
axis at inmotus semper uestigia seruat
libratasque tenet terras et cardine firmo
orbem agit. extremum geminus determinat axem,
quem Grai dixere polon; pars mersa sub undas
oceani, pars celsa sub horrifero aquilone.
Axem Cretaeae dextra laeuaque tuentur 26
siue arctoe seu Romani cognominis ursae
plaustraue, quae facies stellarum proxima uerae:
tres temone rotisque micant sublime quaternae.
si melius dixisse feras, obuersa refulgent
ora feris; caput alterius super horrida terga
alterius lucet; pronas rapit orbis in ipsos
declinis umeros. ueteris si gratia famae,
Cresia uos tellus aluit, moderator Olympi
donauit caelo. meritum custodia fecit,
quod fidae comites prima incunabula magni

---

17 uaga ***C*** uasa (uara *sec.* β) *A* ‖ *Germanicus apud Aratum u. 19 legit* ἰόντες *(cf. Voss p. 5)* ‖ 18 trahit ***C*** traxit *AB* ‖ 19 Axis at in(m)otus ***Z*** Ax sisatis motus *A* Axsi satis mutus *B* Axis atis motus *P* Axis sat motus *M* Axis stat motus ς Axistat motus *S* Axsis at immotus β ‖ 21 agit extremum ***C*** extremum agit *M* *Germanicus apud Aratum u. 23 legit* περὶ δ' οὐρανὸν αὐτὸν ἀγινεῖ *(cf. Voss p. 6)* ‖ 22 polon pars ***O*** polum quo ***Z*** ueteres *om.* $V^c V^d$ *F* quem dixere polon ueteres ς

24 Axem Cret(a)e(a)e ***O*** Axem (nam) cretae ***Z*** ‖ 25 arctoe (arct̥ *i.e.* arctoe *B*) ***O*** *l* arctoae (ę) ***ZP*** | Romani ***C*** romane (*ex* romani) *M* ‖ 26 Plaustraue quae γ Plaustraque qu(a)e ***C***(V^a) Plaustrum uel ς | uerae *Barth, Aduers. XLVII c. 18 (cf. m p. 36)* uera ***O*** uero ***Z*** ‖ 27 Tres — quaternae ***C*** Trestemonerotis quemicane sublinequatemę *B* ‖ 28 Si melius ***C*** Simellus *AB* Si meliust *o* | feras ***C*** foras *B* ‖ 29 alterius ***O***B^b*m. 2* ulterius ***Z*** ‖ 30 lucet ***C*** relucet B^a*m. 2* | orbis ***O*** axis ***Z*** ‖ 31 Declinis ***O***(*S* V^a) Declines ***ZP*** Decliuis *A** | umeros *unus A* | ueteris ***C*** ueteri γ ueterist β | si ***O*** sic ***Z*** ‖ 32 uos ***C*** nos *S* V^a eas *s* *Lachmann ad Prop. p. 232 (cf. m p. 36)* ‖ 33 c(a)elo ***C*** caeli *B* | *post* caelo *recte interpunxit m p. 36* ‖ 34 Quod ***C***(B^b *m. 2*) Quo B^a *m. 1* Quid B^a *m. 2* B^b *m. 1* | fid(a)e ***C*** fidei ς fides *BS* | magni ***C*** magna *P*

fouerunt Iouis, attonitae cum furta parentis
aerea pulsantes mendaci cymbala dextra,
uagitus pueri patrias ne tangeret auris,
Dictaeae texere deae famuli Corybantes.
hinc Iouis altrices Helice Cynosuraque fulgent.
dat Grais Helice cursus maioribus astris,
Phoenicas Cynosura regit. sed candida tota
et liquido splendore Helice nitet; haut prius ulla,
cum sol oceano fulgentia condidit ora,
stella micat caelo, septem quam Cresia flammis.
certior est Cynosura tamen sulcantibus aequor,
quippe breuis totam fido se cardine uertit
Sidoniamque ratem numquam spectata fefellit.
45 Has inter medias abrupti fluminis instar
inmanis serpens sinuosa uolumina torquet
hinc atque hinc supraque illas. mirabile monstrum
caudam Helicen super attendens redit ad Cynosuran

---

35 *om.* *Z* *eundem uersum a* B^b *m. 1 omissum in margine addidit m. 2* | iouis attonit(a)e *C* ioui satonitę *B* || 37 auris *unus* *A* || 38 Dictaeae texere deae *scr.* dictae aetexere dei *A* Dictę & exere dei *B* Dictę aętexere dī *P* Dicta exer cere deę *M* Dicteę exercere deę V^a Dictata exercere deę *A** Dicta exercere domine ς Dictei texere datis *Z* Dictaei texere Atydis *γ* Dictaeis texere adytis *Heinsius* Dictaeae tegerent dominae *Barth* Dictaei texere Ide (*an* Dictaeei — famulei?) *β* Dictaei texere deae *J. Tolkiehn Ws. f. kl. Philol. 1889 col. 803* | corybantes *AM* || 40 cursus *O* cursum *Z* || 41 Phoenicas *M* || 42 haut *A* || 44 micat *C* emicat *A** | quam Cresia flammis *om.* *B* 48 *pro uersu 48 rasuram, in cuius initio uestigia uocabuli* Has *cognouisse sibi uisus est Tschiedel, praebet M* | Has *Z* Ab *O* Ast *P* | inter *C* intus *B* | abrupti *C* abruti *B* || 49 torquet *O*(*S*ς) uersat *Z* || 50 supraque *C* superatque $V^c F$ superaque *γ* *probante f p. 413, at cf. p p. 507* | *post* illas *interpunxit p* || 51 Caudam *p* Cauda *C* | super attendens redit ad Cynosuran *scr. fs p. 2* (*n. 1*) *sq.* superat tenditatcynos uran *A* superat tendat atcyno suram *B* superat tendit pene (simul ς) ad cynosuran *P*ς superat tendit caput ad cynosuram *A** supat fedit caput ad cynosuram V^a superat tendit ad cynos uran *MS* supra tendit redit ad cynosuram (*supra* redit *altera m.* pene *add.*) B^b Cauda Helicen superat

squamigero lapsu. qua desinit ultima cauda,
hac caput est Helices, flexu conprenditur alto
serpentis Cynosura; ille explicat amplius orbes
sublatusque retro maiorem respicit arcton.
ardent ingentes oculi, caua tempora claris
ornantur flammis, mento sedet unicus ignis.
tempus dexterius qua signat stella draconis
quaque sedet mentum: lucetque nouissima cauda
extremumque Helices sidus micat. hac radiatur
serpentis decline caput, qua proxima signa
occasus ortusque uno tanguntur ab orbe;
oceani tumidis ignotae fluctibus arctoe,
semper inocciduis seruantes ignibus axem.
Haut procul effigies inde est defecta labore. *63*
non illi nomen, non magni causa laboris:
dextro namque genu nixus diuersaque tendens
bracchia, suppliciter passis ad numina palmis,
serpentis capiti figit uestigia laeua.

---

tendit sinus ad Cynosuran ε *p. 234* Caudam Helicen super attendit redit ad Cynosuran *p* ‖ 53 flexu *C* fluxu *BP* | conprenditur B^a comprenditur *L* conpraenditur *A* con(m)prehenditur *BPM* ‖ 54 Cynosura *ABP* cynos urae *M* ‖ 56 claris *C* clauis *B* ‖ 58 dexterius qua γ dexterius (dexeerius *B*) qu(a)e *O* dexteriqu(a)e *Z* | draconis *C* draconti *M* ‖ 59 Quaque γ Qu(a)equ(a)e *C* | mentum γ mento *C* *quod a u. 57 librarii uidentur repetisse* | *post* mentum *distinxit* σ | lucetque (luceque *B*) nouissima cauda *C* luxere nouissima caudae γ lucet, qua est dissita cauda β *cf. praef. p. XXI* ‖ 60 Extremumque *C* Extremum qua γ | Helices *PMZ* | hac γ ac *C* ‖ 61 decline *C* declinet *MA** | qua γ quae *OE* utque *L* sic B^a *m. 2 in ras.* B^b *m. 1* quę B^b *m. 2* ‖ 62 uno *C* udo σ una — ora *Pareus* | orbe γ ore *C* ‖ 63 tumidis *C* tumidus *B* | ignot(a)e *C* ignitę *P* *supple* sunt *cf. fs p. 8 (n. 5)* ‖ 64 seruantes *C* seruant ex σ | axem *C* axen 1 *(sic)* *B* ‖ *65 om. M*

65—70 om. Z uersum 64 secuntur u. 90—95, quos excipiunt u. 71—89 Z ‖ 65 *Germanicus apud Aratum u. 71 uidetur legisse* τῆς δ' ἀγχοῦ *(cf. Voss p. 13)* | effigies γ effigīe *(sic)* *S* efficiens *O* (ς) | inde *P*γ unde *O* ‖ 66 nomen ς numen *O* | *post hunc uersum quaedam excidisse suspicatur d p. 272 sq. cf. pr p. 1* ‖ 69 laeua γ s(a)eua *O* scaeua *Scriuerius (cf. Buhlii et Orellii notas)*

71 Tum fessi supter costas atque ardua terga
clara Ariadnaeo sacratast igne corona,
hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.
74 Terga nitent sertis; at qua se uertice tollit
succiduis genibus lapsum et miserabile sidus,
hac ophiuchus erit. longe caput ante notabis
et uastos umeros, tum cetera membra secuntur.
illis languet honos; umeris manet integer ardor,
luna etiam mensem cum pleno diuidit orbe.
lux tenuis manibus, per quas elabitur anguis,
pressus utraque manu, medium cingens ophiuchum.
scorpios ima pedum tangit, sed planta sinistra
in tergo residet, uestigia dextera pendent.

---

70 *om. M*ς *(praeter V*ª*)* | fessi ***C*** festi *A** fessis *B* | supter (SU^p^TER *A m. 1* p *add. m. 2*) *A* sup *BPSV*ª superans *A** subter *o* ‖ *71—89 omisso u. 83 post u. 95 positos habet* ***Z*** ‖ 71 Ariadnaeo sacratast igne *scr.* ariadneos sacrata stigne *AB* ariadneos sacratęst igne *P* ariadneo sacrat astat igne *M* ariadne sacrata statigne *A** adrianee *(decem fere litterarum spatium uacuum)* stat igne *V* Arianneo sacrata est igne ***Z*** Ariadnaeae qua stant sacra signa *γ* Ariadnaeo sacratà e crine *β* | *Germanicus apud Aratum u. 71 uidetur legisse ἀγανόν (cf. Maass p. 8)* ‖ 72 illi ***C*** illic *B* 73 Terga nitent sertis *scr. cf. pr p. 2* et *fs p. 3 (n. 2)* Terga nitent stellis ***C*** Terga nitet stellis *ed. Veneta a. 1488* Serta nitent stellis *d* Tota nitet stellis *β* *(cf. F. Leo, Deutsche Litteraturztg. I col. 414)* | at qua se uertice *γ* aquas euertice ***O*** aqua se uertice *PM* adquas se uertice ***Z*** ‖ 74 Succiduis *SZ* Succidus *AM* Suaidus *B* Succiduus *PV*ª | lapsum ***O****(S*ς*)* lassum ***Z*** | et ***C*** *om. V*ª | sidus ***Z*** pandit *SV*ª *om.* ***O*** | *post u. 74 octo lineae in extrema pagina uacuae sunt relictae B*ᵇ ‖ 75 *om. M* | Hac ***Z****S*ς Hic ***O*** | Ophiuchus *unus A* ophiucus ***C*** | notabis *γ* notabis *in* notabilis *mut. E* nitendo ***O*** notabilis ***Z*** ‖ 76 umeros *solus E* | tum *MA*****Z*** dum ***O*** | secuntur ***O*** secantur *B* sequuntur ***Z*** ‖ 77 languet ***C*** languit *B* langet *M* | umeris *unus A* ‖ 78 mensem cum pleno ***O*** pleno mensem (mense *L*) cum ***Z*** pleno menses cum *β* | orbe ***O****L* orbes *B*ª *m. 2* orbē *l* | 'luna ut iam pleno mensem quum diuidit orbe *Rutgers. Lect. Venus. p. 279* ‖ 79 elabitur ***C*** sedabitur *B* ‖ 80 ophiuchum *A ex corr. m. 1 B* ‖ 81 pedum ***C*** pede *P* | 82 tergo ***C*** terga *B*

inpar est manibus pondus: nam dextera paruam
partem anguis retinet, per laeuam attollitur omnis
quantumque ab laeua distantia serta notantur,
erigitur tantum serpens atque ultima mento
stella sub aetheria lucet crinita corona.
at qua se dorso sinuabit lubricus anguis,
insignis caelum perfundent lumine chelae.
Inde Helicen sequitur senior baculoque minatur, *91*
siue ille arctophylax, seu Bacchi ob munera caesus
Icarus ereptam pensauit sidere uitam.
non illi obscurum caput est, non tristia membra,
sed proprio tamen una micat sub nomine flamma,
arcturum dixere, sinus qua uincula nodant.
Virginis inde subest facies, cui plena sinistra *96*
fulget spica manu maturisque ardet aristis.

---

83 *om.* *Z* est *O* inest *A** Est impar *V* | pondus *C* pandos *B* | nam *MA*S*ς iam *ABP* | paruam˙ $A^*V^aV^b$ parua *O* ‖ 84 l(a)euam *O* leuum *Z* ‖ 85 ab l(a)eua *O* ad leuam *Z* | distantia *C* distant ea *L* ‖ 87 lucet *O* fulget *Z* | crinita *C* criminata *B* crinata *L* ‖ 88 At *C* Ad *M* *ex* At *B* | qua se dorso sinuabit PB^b qua se d^r^orsos (r *add. m. 2*) inuabit *A* quã fedorsos iuuabit *B* ‖ 89 Insignis $O(SV^a)$ Insignes VV^b Insigni *Z* | perfundent *O* per eundem *Z* | chelae *C* cheli *ex* chelę *in ras. B* ‖ *hunc uersum sequitur u. 96, u. 90 (litteris maiusculis scriptus B^b) legitur post u. 64 Z* 90 *om. M* | Inde Helicen *A*S* Inde ⊢ELICENS (⊢ et ⊤ *add. m. 2*) *A* Inde aelicens *B* Indelicen *P* Ipsam Helicen *Z* | baculoque *AP* baculoquae *B* iaculoque *Z* IACOLOQ· B^b | minatur *PS*ς*Z* minantur *AB* ‖ 91 Siue ille (B^a *m. 1*) *Z* Siuelle *O* Siuerte *P* Seu ille B^a *m. 2* | Arctophylax *v* | seu Bacchi ob munera caesus *γ* seu bacchio (bacchino B^a) munere c(a)esus *Z* seu brachiorum (eu brachia V^a) munera (mũa V^d) c(a)ecus ς eu (seu *P*) brachio munera (numera *B*) cecus (c&us *P*) *O* seu Bacchio munere caesus *Scaliger ad Manil. I 317* ‖ 92 Icarus *PZ* | pensauit *O* pensabit *Z* | sidere uitam *Z* munere (munera *ABP*) ripam *O* ‖ 93 tristia *C* tristitia *B* ‖ 94 nomine *C* numine *A*M* | *uersum 95 uacuo nouem linearum spatio intermisso excipit u. 71, u. 96 legitur post u. 89 Z* 96 *om. M* ‖ 97 *om. Z* spica manu *O* spicula manum *A* | maturisque *BP* maturisquę *M* maturiisque *A* *Germanicus apud Aratum u. 97 uidetur legisse* χειρί

quam te, diua, uocem? tangunt mortalia si te
carmina nec surdam praebes uenerantibus aurem,
exosa heu mortale genus, medio mihi cursu
stabunt quadrupedes et flexis laetus habenis
teque tuumque canam terris uenerabile numen.
  Aurea pacati regeres cum saecula mundi,
Iustitia inuiolata malis, placidissima uirgo,
siue illa Astraei genus es, quem fama parentem
tradidit astrorum, seu uera intercidit aeuo
ortus fama tui, mediis te laeta ferebas
sublimis populis nec dedignata subire
tecta hominum et puros sine crimine, diua, penatis,
iura dabas cultuque nouo rude uulgus in omnem
formabas uitae sinceris artibus usum.
nondum uesanos rabies nudauerat ensis
nec consanguineis fuerat discordia nota,
ignotique maris cursus priuataque tellus
grata satis, neque per dubios auidissima uentos

(cf. Maass p. 9) ‖ 98 Quam ***C*** Qua ***B***ª *m. 2* | diua ***C*** diuā ***P*** | si te (site ***M***) ***O*** siti ***Z*** sepe ***B*** ‖ 99 surdam ***C*** surdū ***P*** | aurem ***C*** orbem ***P*** ‖ 100 medio mihi ***C*** mediomini ***B***ª *m. 1* -mine *m. 2* | cursu ***O*** curru ***Z*** ‖ 101 quadrupedes (quaorupedes ***B***) ***O*** quadripedes ***Z*** | flexis ***C*** flexus ***BP*** 103 regeres *γ* regeret ***C*** | saecula ***C*** saeculi ***A*** ‖ 104 inuiolata malis ***A*Z*** inuiolatam aliis ***O*** cū uiolatā aliis ***P*** | uirgo ***C*** uirga ***A*** ‖ 105 Siue ***C*** Seu ***B***ª *m. 2* | Astraei genus es *γ* astra et genus est ***O*** astr(a)ei genus est ***ZV***ª illi astra genus fuerit ς | quem ***C*** quam ***P*** | parentem ***C*** par&em ***B*** ‖ 106 seu uera (seuero ***M***) ***C*** seu uero *ex corr.* ***B***ª *m. 2* | intercidit ***Z*** intercipit ***O*** ‖ 107 Ortus ***MZ*** Orius ***O*** | mediis te laeta ferebas ***C*** mediis tela etaferebas ***A*** mediistella & aferabas ***B*** ‖ 108 dedignata ***PZ*** designata ***O*** | subire ***C*** subiret *(sic)* ***L*** ‖ 109 penatis (penates) ***Z*** *om.* ***O*** ‖ 110 omnem ***O*** omnes ***Z*** ‖ 111 sinceris ***O*** sinceros ***Z*** | usum ***O*** usus ***Z*** ‖ 112 *et hunc et qui sequitur uersum attulit Lactantius Instit. V 5 § 4 ed. S. Brandt I p. 114* uesanos ***MZ*** uaesanos *duo codd. Lactantii* uesano ***O*** | ensis ***O*** enses ***A*Z*** ensus *Paris. Reg. Lactantii* ‖ 113 consanguineis ***PZ*** consanguinis ***O*** ‖ 114 priuataque ***C*** *i. e. non publica, ut mare cf. Lachmann ad Lucret. I 360 p. 37 sq.* et patria *uel* proauitaque σ *(commentum alterum probauit* o*)* ‖ 115 per dubios ***A*SZ*** per duos ***M*** pertutos ***A***

spes procul amotas fabricata naue petebat
diuitias, fructusque dabat placata colono
sponte sua tellus nec parui terminus agri
praestabat dominis signo tutissima rura.
At postquam argenti creuit deformior aetas,
rarius inuisit maculatas fraudibus urbis
seraque ab excelsis descendens montibus ore
uelato tristisque genas abscondita rica,
nulliusque larem, nullos adit illa penatis.
tantum, cum trepidum uulgus coetusque notauit,
increpat: 'o patrum suboles oblita priorum,
degeneres semper semperque habitura minoris,
quid me, cuius abit usus, per uota uocatis?
quaerenda est sedes nobis noua, saecula uestra
artibus indomitis tradam scelerique cruento.'
haec effata super montis abit alite cursu,
attonitos linquens populos grauiora pauentis.
Aerea sed postquam proles terris data, nec iam

perdutos *BP* ‖ 116 Spes procul amotas *C* Se sprocula motas *B* | naue *PZ* naui *O* | petebat *Pγ* petebant *C* ‖ 117 Diuitias *C* Diuitiasq. *P* | colono *C* colona *B* ‖ 118 terminus *C* terminis *AB* ‖ 119 dominis *O*B^{b} dominus *Z* | signo tutissima *C* signo iustissima *o* sine eo tutissima *Lachmann* signo tutis sine *β* *cf. praef. p. XXI sq.* 120 At *C* Et *B* | argenti creuit *MSZ* creuit argenti *O* ‖ 121 inuisit *A*γ* inuasit *C* ‖ 122 ab excelsis descendens *MSZ* ab ea descendens *O* ‖ 123 tristisque (tristesque ϛ) *C* trisque *B* tristique *γ* | genas *C* genus *P* | abscondita rica *Scaliger, Coni. Varr. ed. Bipont. II p. 92 Salmasius ad Tertull. de pall.*[2] *p. 167* abscondita ripa *C* abcondit aripa *B* absc. uitta *γ* ‖ 124 Nulliusque *(sic B)* larem *O* Nullius larem *EL*B^{a} *m. 1* Nullus tc̄ *(supra scr.)* larem B^{a} *m. 2* ‖ 125 cum trepidum *C* contrepidum *B* | coetusque (c&usq. *P*) notauit *O* notauitque coetus *A* coetusque notabit (notabat B^{a} *m. 2*) *Z* ‖ 126 suboles *O* soboles *M*B^{a} *m. 2* ‖ 127 semper *Z om. O* | minoris *O* minores *Z* ‖ 128 abit usus per *Z* habitus super *O* | *de producta* i *in* abit *cf. Lachmann ad Lucret. III 1042 p. 206 sqq.* | uota *MA*Z* uocata *O* | uocatis *O* precatis *Z* | *Germanicus apud Aratum u. 122 legit* καλέουσιν *(cf. Maass p. 10)* | 130 tradam *C* tradat *MA** ‖ 131 abit alite cursu *C om. B* | abit *O* *additum habet L, om.* B^{a}*l* petit B^{a} *m. 2*

semina uirtutis uitiis demersa resistunt
ferrique inuento mens est laetata metallo,
polluit et taurus mensas adsuetus aratro,
deseruit propere terras iustissima uirgo
et caeli sortita locum, qua proximus illi
tardus in occasu sequitur sua plaustra bootes.
137 Virginis at placidae praestanti lumine signat
stella umeros. Helicen ignis non clarior ambit,
quique micat cauda quique armum fulget ad ipsum
quique priora tenet uestigia quique secunda,
clunibus hirsutis et qui sua sidera reddit.
namque alii, quibus expletur ceruixque caputque,
uatibus ignoti priscis sine honore feruntur.

---

134 uitiis *C* (uiciis *M*) *ex* uitis *mut. L* uitis *B*ª*l* | demersa *O(S) ex* dimensa *mut. L* dimensa *Z*(*l*) dispersa *d* diremta *dubitanter β* | *post u. 134 legitur u. 143, qui idem postea suo loco inuenitur O* ‖ 135 laetata metallo *C* laetã et allo *B* ‖ 137 propere *ex* proprio *mut. L* proprie (ę) *C* | *hunc uersum adtulit Lactantius Instit. V 5 § 9, cuius codices aut* propriae *aut* proprie *praebent pro* propere *cf. Lactant. ed. S. Brandt I p. 414* ‖ 138 Et caeli sortita *C* sortitum *B* Em caeli sortita *γ* Et caeli est sortita *o* Hunc caeli sortita *β cf. fs p. 8* (*n. 15*) ‖ 139 Tardus in *C* Tardius in *B* | occasu *C(VS)* occasum ς 140 at *O* ad *ZB* | pr(a)estanti *O* pr(a)estanti(e)s *Z* ‖ 141 non *C* nunc *P* | *Germanicus apud Aratum de praeuindemiatore nihil legit (cf. Maass p. 11)* ‖ 142 Quique *O* Quidque (Quodque) *Z* | micat cauda *C* cauda micat *P* | Quique *O* Quidque (Quodque) *Z* ‖ 143 *om. Z* Quique (*antea post u. 134* Quisquis) *AB* (*antea* Quisque) *M* Quisq. *utroque loco P* | priora *antea A utroque loco P* prior *postea ABM* | quique *ABM* quinque *antea AB* quisq. *P* | *u. 143 suppositicium esse sine causa suspicatus est f* p. XII* ‖ 144 Clunibus *C* Glunibus *P* | qui *O* qua *Z* ‖ 145 alii *γ sc.* ignes *cf. u. 141—144.* 146 ali(a)e *C*(ς) alia·e *P* aliei *β* | expletur *Z* expletum *O* est plenum *Burmann* | ceruixque *C* ceruix *P* | ignoti (ignotę *B*ª *m. 2*) *Zγ* ignotis *O*ς ‖ *u. 146 finitur B* | *post u. 146 leguntur haec in Z (lectiones sunt codicis B*ᵇ *cf. Auien. rec. Holder p. XIIII):*

AD CAPITIS SVBERVNT GEMINI PROLEMQVE TONANTIS 1
[*cf. Germ. 148 et Auien. 370*
Aegregiam et proprio post reddita numina caelo [*Auien. 371*
Nam Lache-demonius quum Mars caluisset Aphidnis [*Auien. 372*

Qua media est Helice, subiectum respice cancrum;
at capiti suberunt gemini. qua posterior pes,
horrentisque iubas et fuluum cerne leonem.
hunc ubi contigerit Phoebi uiolentior axis,
accensa in cancro iam tum geminabitur aestas.
tunc lymphae tenues, tunc est tristissima tellus,
et densas laetus segetes bene condet arator.
ne mihi tum remis pulset uada caerula puppis;

Castor acecropi tulit incrementia belli [*Auien.373*
At frater lucemque et fata superstitit aeui [*Auien.374*
Protinus alternae germanos tempora uitae [*Auien.376*
Iuppiter attollit caelique in celsa receptans [*Auien.377*
Aeternae flagrare facis iubet ignibus ambos [*Auien.378*

post uacuum decem linearum spatium:

QVA MEDIA HELICEN SVBIECTVM RESPICE CANCRVM [*Germ. 147*
Qua pede posterior et duro concaua dorso [*Germ.148 et Auien.383*
Tegmina curuantur geminas micat ardor in auras [*Auien.384*
Forma solis dispar chelerum flamma coruscat [*Auien.388*
Namque tribus stellis adoletur dextera cancro. [*Auien.389*
Leua duas pigro succedit fomite flammas [*Auien.390*

deinde iterum spatio decem linearum relicto:

ORA FREMENTIS ABHINC TV RESPICE FORTE VIATOR·
Horrentisque iubas et fuluum cerne leonem [*Germ. 149*

paenultimo uersu omisso eadem fere praebet L cuius lectiones attuli pr p. 10 sq. 147 *om. M* 147 *et* 148 *et ante scholia et postea leguntur AP* ‖ 147 Qua B^{b} Quam *AP* | est *AP om. Z* | Helice *A* Helicen *P* Helicen B^{b} *cf. supra ad u. 146 (u. 9)* ‖ 148 At capiti *γ* Ad capiti *L* Accipitis *ante scholia AM* Accipiti *post scholia A utroque loco P* Ad capitis B^{a} occipiti *Burmann cf. supra ad u. 146 (u. 10)* Qua posterior pes et duro concaua dorso *L* ‖ 149 *om. M* Horrentisque *C* Ora horrentesque (horrentisque *l*) *L* | fuluum *C* uuluum *A* ‖ 150 contigerit *C* contingerit *A* contegerit *MA** ‖ 151 aestas *C* aetas *A* ‖ 152 Tunc *O* Hinc *Z cf. praef. p. XXII* | lymph(a)e *ς* nymphae (nimphę, nimfę) *C* | tristissima tellus *C* tristissitellus *A* ‖ 153 segetes *C* segentes *A* | condet *C* condit *Sς* | arator *(ex* aratro *M m. 2) C* aratro *AP* ‖ 154 Ne mihi (Ne michi *M*) *C* Nemini *A* | tum *ZP* tunc *O* | remis pulset *C* remistu isset *A* | uada *C* uaga *A*

dem potius uentis excusso uela rudente
excipiamque sinu zephyris spirantibus auras.
156 Est etiam aurigae facies, siue Atthide terra
natus Erichthonius, qui primus sub iuga duxit
quadrupedes, seu Myrtoas demersus in undas
Myrtilos. hunc potius species in sidere reddit:
sic nulli currus, sic ruptis maestus habenis
perfidia Pelopis raptam gemit Hippodamian.
ipse ingens transuersus abit laeua geminorum
maiorisque ursae contra delabitur ora.
numina praeterea secum trahit: una putatur
nutrix esse Iouis (si uere Iuppiter infans
ubera Cretaeae mulsit fidissima caprae),
sidere quae claro gratum testatur alumnum;
hanc auriga umero positam gerit, at manus haedos
ostendit, nautis inimicum sidus, ubi illos
orbis ab oceano celsus rapit; haut semel haedi

---

155 Dem ***OE*** Neu ***Z*** | excusso ***Z*** excluso (exclude *P*) ***O*** | rudente (ridente *A*) ***O*** rudenti $B^{a}L$ || 156 Excipiamque sinu ***O*** Excipiantque sinus ***Z*** | zephyris *v* | spirantibus ***C*** furentibus *P* | auras ***Z****M* auris *AP* *157—240 om. B^{b}* || *157 om. M* | aurigae ***C*** MAVRIGAE (M *del.*) *A* | Atthide (attide) terra ***Z*** *om.* ***O*** inclyta forma *lacunae inscripsit m. saec. XVI A* inclita forma V^{b} adiuncta leoni *(partim eras.) sed del.* V^{a} || 158 Erichthonius *v* | primus *(ex* priamus *mut. L)* ***C*** tribus *AM* curru ς || 159 Quadrupedes *SZ* QVADRIṬ^{P}EDES *A* Quadripedes *PM* | Myrtoas ***Z*** || 160 Myrtilos *MA*l* | hunc potius ***C*** hUN^{P}TOTIUS (*del. et add. m. 2*) *A* | reddit ***C*** ∂^{r}Є∂∂IT (r *m.* 2) *A* || 161 currus ***C*** cursus *M* | ruptis ***C*** ruttis *A* || 162 raptam ***C*** rattam *A* | gemit ***C*** ingemit *A** | Hippodamian *scr.* || 163 abit l(a)eua ***C*** adit laeuam *γ* obit laeuam *Burmann cf. fs p. 3 (n. 3)* || 165 Numina ***C*** Numia *A* lumina *Burmann cf. praef. p. XXII sq.* | una ***C*** illa *apud Lactantium Instit. I 21 § 38 I p. 85 Brandt, qui inde ab hoc uocabulo et hunc uersum et u. 166—168 attulit* || 167 Cretaeae *v* | cretę emuisit *A* | *uersum 167 sequitur u. 169, quem excipit u. 168 M* || 169 positam gerit *anonymus cf. praef. p. XXII* totam gerit ad (at *v*) manus ***O*** portans in manibus ***Z*** || 170 ubi *PZ* sub *AM* subi A* || 171 *in marg.*

iactatam uidere ratem nautasque pauentis
sparsaque per saeuos morientum corpora fluctus.
  Aurigae pedibus trux adiacet ignea taurus 167
cornua fronte gerens et lucidus ore minaci.
quamlibet ignarum caeli sua forma docebit,
et caput et patulas naris et cornua tauri.
fronte micant hyades. quae cornus flamma sinistri
summa tenet, subit haec eadem uestigia dextra
aurigae mediaque ligat conpagine diuos.
Myrtilos exoritur summo cum piscibus ore,
totus cum tauro lucet; ruit oceano bos
ante, super terras quam fulget Myrtilos ore.
  Iasides etiam caelum cum coniuge Cepheus 179
ascendit totaque domo, quia Iuppiter auctor
est generis; prodest maiestas saepe parentis.
ipse breuem patulis manibus stat post Cynosuran
diducto passu. quantum latus a pede dextro

---

super. add. m. aequalis (fort. m. 1) *A* | ab oceano *v* ad oceano *AM* adoceanum *P* oceano *Z* | celsus *C* celsos σ | haut (haud) *v* aut *O* ad (at) *Z* | haedi *O* haedis (hedis) *Z* ‖ 172 pauentis *AMB*ª pauentes *P* ‖ 173 per *C* ter *A* | morientum *C* morientium *P* 174 *om. M* Aurigae *C* AURIAE *A* | adiacet *C* ∂TI∂CET (*priorem* t *del. m. 2*) *A* | taurus *C* TЄ-C DURVS (*littera* D *transfixa*) *A* ‖ 175 gerens *C* gerent *AM* ‖ 176 Quamlibet γ Quemliber *O* Quemlibet *Z* | ignarum *C* ignorum *AA*M* | sua forma *O* tua forma *Z* formando ς forma ipsa *s* | docebit *Z* docebat *AM* docer& *P* ‖ 177 patulas (patulis *V*ª*S*) *C* patulae γ *cf. d p. 273* | naris *APS* nares *MZ* ‖ 178 (H)y(i)ades quae *O* hyadisque *Z* | cornus *Z* cornua *O* ‖ 179 haec *O B*ª *m. 2* hac *Z* ‖ 180 ligat γ ligant *C* ‖ 181 piscibus *O*(*S*ς) fluctibus *Z cf. m p. 32 sq.* ‖ *182 et 183 alio atramento add. m. 1 A* 182 Totus *O* Tutus *Z* | tauro *C* taur8 *(sic) A* | oceano bos *C ex* oceanobis *mut. A* oceoɴo bos *P* ‖ 183 quam *coni. o* cum *C* quom *F cf. Arat. 176 sqq.* 184 *om. M* Iasides *C* Lasides *AP* | coniuge Cepheus (Cephoeus) *C* CONIUGЄ PH∂ЄVVS *A* ‖ 185 quia *O* qua *ZP* ‖ 186 prodest *C* prudest *M* prudesti *A* ‖ 187 breuem *C* breue *EL* | stat *O* stans *Z* | post Cynosuran *M* post Cynosuram *C* posicynosuram *A* ‖ 188 Diducto *C* Deducto *B*ª *m. 2* | passu *Z* passim *O* | quantum *C* quantus *P*

Cepheos extremam tangit Cynosurida caudam,
tantundem ab laeuo distat; minor utraque iungit
regula Cepheos uestigia. balteus ambit
qua latus, ad flexum sinuosi respicit anguis.
Cassiepia uirum residet sublimis ad ipsum,
clara, etiam pernox caelo cum luna refulsit,
sed brevis et paucis decorata in sidere flammis.
qualis ferratos subicit clauicula dentes,
succutit et foribus praeducti uincula claustri,
talis dispositis stellis. ipsa horrida uultu
sic tendit palmas, ceu sit planctura relictam
Andromedam, meritae non iusta piacula matris.
197 Nec procul Andromede, totam quam cernere nondum
obscura sub nocte licet; sic emicat ore,
sic magnis umeris candet nitor ac mediam ambit
ignea substricta lucet qua zonula palla.

---

189 Cepheos *O* Cephoeus *Z* Cepheus *l* | cynosurida *C* cynosura *AP* *Germanicus apud Aratum u. 184 legit* οὐρῆς *(cf. Voss p. 35)* ‖ 190 Tantundem ab laeuo (leuo *M*) *PM* Tantum demabia euo *A* Tantumque ab leuo *B*ᵃ*L* | distat minor *C* disterminat *γ* | iungit *C* gignit *B*ᵃ ‖ 191 cepheos *O* cephoeos *Z* cepheus *l* | balteus *C* balcteus *A* ‖ 192 *om. M* ad flexum *L* ∂DFLIXUM *A* adflexum *PB*ᵃ afflexum *A** ac fl. *γ* hac fl. *σ* | respicit *C* respicis *m cf. fs p. 3 (n. 4)* | Cassiepia *Z* Casiepia *O* Cassiępea *ex* Cassiępia *M* ‖ 194 pernox *γ* pernix *O* nox *Z* noctis *B*ᵃ *m. 2* | caelo cum luna *O* cum stellas luna *Z* | refulsit *C* reuulsit *γ* cum stellas luna retundit *β at cf. Hermes XVII p. 404* ‖ 195 Sed breuis et *O* Est breuis (breuior *B*ᵃ *m. 2*) *Z* Sed breuis est, paucis *mauult β* | 196 *Germanicus apud Aratum u. 192 legit* οἵῃ *(cf. Maass p. 14)* subicit *O* obicit *Z* obici *γ* serratos obicis *Heinsius* ‖ 197 foribus *C* floribus *P* | pr(a)educti *Z coni. Oudendorp ad Apul. met. IV 10* praeducit *O* ‖ 198 dispositis *O*(*S*ς) disposita est *Z* ‖ 199 sit *γ* si *C* | relictam *C* reuinctam *Heinsius* | meritae *O* meritam *Z*

201 *om. M* Andromede *A* andromedę *P* andromeda *A***S* andromedam *Z* | totam *C* tota *B*ᵃ | nondum (ñdm̃) *P*ς NOTŨ *A* posse *Z cf. Hermes XVII p. 405 sq.* nudum *ε p. 234 sq. cf. fs p. 5 sq. (n. 5)* ‖ 202 *Germanicus apud Aratum u. 198 legit* κεκασμένον *(cf. Maass p. 14)* ‖ 203 candet *Z* candit *O* | ac *O*(*S*ς) hanc *Z* | mediam *p* media *C* ‖ 204 Ignea substricta *C* Igne sustricta *A* | lucet qua *O* lucetque *Z* fulgetque *M* | palla *C*

sed poenae facies remanet districtaque pandit
bracchia, ceu duri teneantur robore saxi.
Andromedae capiti sonipes supereminet ales.
uertice et Andromedae radiat quae stella, sub ipsa
aluo fulget equi; tris armos et latera aequis
distinguunt spatiis. capiti tristissima forma,
et ceruix sine honore obscuro lumine sordet.
spumanti mandit set qua ferus ore lupata,
et capite et longa ceruice insignior exit
stella nitens, armis laterique simillima magno.
nec totam ille tamen formam per singula reddit.
primo praestat equom, medio rupta ordine membra
destituunt uisus, rudis inde adsurgit imago.
Gorgonis hic proles; in Pierio Helicone,
uertice cum summo nondum decurreret unda,
museos fontis dextri pedis ictibus hausit.
inde liquor genitus nomen tenet: Hippocrenen

---

talla A || 205 poen(a)e *O* poene *ex* bone *A* pene *M* | districtaque *MA** destrictaque *AP* distractaque *Z* || 206 Bracchia *A* | robore *O* robora *Z* 207 *et* 208 *om. M, in haec contraxit O*: Andromedae radiatq. stella (stellam *P*) sub ipsa (micante *add. SV*^{a}) || 208 radiat qu(a)e *Z* radiat que *OB*^{a} *m. 1* | stella *C* stellam *P* *ordo uersuum in E: 208. 224—247. 209—223* || 209 Aluo *Z* Albo *O* | tris *(postea in* tres *mut.) A* tres *C* | tris *sc. stellae* | armos et *Z* ARMO SED *A* armo sed *P* armo sub *M* || 210 Distinguunt (*ex* Distingunt *mut.*) *E* Destringunt *AM* Destingunt *PB*^{a}*L* | capiti *C* lapiti *P* capitis *M* capiti ÷ *B*^{a} *m.2* | *fort.* capitist β | tristissima *C* tristrſtiſſima *A* | forma *C* formast *d p.273* || 211 Et *O* Ast *Z* Est *E* | obscuro *C* obscure *A* || 212 mandit *Z* mandet *AM* sord& *P* | set(d) qua γ sed (s& *A*) quae *O* seque *Z* | lupata γ lupato *C* || 213 capite *OB*^{a} *m. 2* capiti *Z* | longa *PZ* longę *A* longe *M* || 214 nitens armis *O* nitent armi *Z* | laterique *C* largiq. *A* larique *P* || 215 ille *O* illa *Z* || 216 primo *C* primum γ | equom β equoam *A* equo *P* equa *M* equum (equm *E*) *Z* | medio rupta *Z* medior apta *A* medio rapta *PM* || 217 Destituunt *OB*^{a} *m.2* Distituunt *Z* | rudis inde assurgit (adsurgit *scr.*) *Z* radiis unde absurgit *O* || 218 *in rasura manu 1 scriptum praebet A* in pierio *ME* | pyerio ς implerio *AP* imperio *Z* || 219 decurreret (decurret *A*) *O* discurreret *Z* || 221 Hippo-

fontes nomen habent; sed Pegasus aethere summo
uelocis agitat pennas et sidere gaudet.
225 Inde subest aries, qui longe maxima currens
orbe suo spatia ad finem non tardius ursa
peruenit et quanto grauiore Lycaonis arctos
axem actu torquet, tanto pernicior ille
distantis cornu properat contingere metas.
clara nec est illi facies nec sidera possunt,
officiat si luna, sua uirtute nitere.
sed quaerendus erit zonae regione micantis
Andromedae; terit hic medii diuortia mundi,
ut chelae, candens ut balteus Orionis.
233 Est etiam propiore deum cognoscere signo,
deltoton si quis (donum hoc spectabile Nili
diuitibus generatum undis) in sede notabit.
tris illi laterum ductus, aequata duorum
sunt spatia, unius breuior, sed clarior igne.

---

crenen *p* hipocrenem *A* hypocrenē *P* hyppocrenem *MS* hippucrenes *E* hippocrenes *L* ippo crenes *m. 1* ippocerenes *m. 2* B^a hippocrene V^a hyppocreōtis V^d ‖ 222 Fontes *O*(*S*ς) Fontis *Z* | nomen *C* inq · men *A* inquemem *P* | habent *O*(*S*ς) habet *Z* | Fons id nomen habet γ Fontis nomen habes *o cf. f p. 403* ‖ 223 uelocis *APL* ueloces *Ml* | agitat *C* agittat *AP* | pennas *C* pinnas *E* 224 *om. APM cf. praef. p. XXII* currens *Z* torrens *A** *num* torquens? β ‖ 225 suo *Z om. O* | ursa γ ursae *Z* uram *O cf. praef. p. XXII* ‖ 226 quanto *Z* quando *O* | grauiore *O*(ς) breuior helycaonis B^a*L* breuiore *E cf. Hermes XVII p. 406* ‖ 228 Distantis *O* distantes *Z* | cornu *C* cursu γ ‖ 229 si(y)dera *C* sydere *A** ‖ 230 Officiat *O*(*S*ς) Efficiat *Z* | nitere (nitire *A*) *C* niteret *L* ‖ 231 qu(a)erendus *O* qu(a)erendum *Z* | zonae regione (zona erigione *A*) *C* zonae e regione γ ‖ 232 terit *MS*ς*Z* erit *AP* | medii *O* summi *Z* | 233 chelae *C* c^{h}ęle *P* | candens *O* candent *Z* ‖ 234 *om. M* propiore *A**ς PROPRIRE *A* propriore *PZ* | signo *O* motu *EB*^{a}*L* ‖ 235 donum *C* domum *A* ‖ 236 generatum *C* zeneratum *AM* | in sede *C* in sedes *M* ‖ 237 tris *O* tres *Z* | ductus *C* ductos *AM* | duorum *O* deorum *Z* ‖ 238 Sunt spat(c)ia *C* Sunspatia *A* | breuior *C* breuius *Bentl. ad Manil. I 359 at breuior est ductus unius lateris* | igne *AP* ignis *MA*Z* sed clarius ignist *mauult* β

hinc aries iuxta. medium deltoton habebit
inter lanigeri tergum et Cepheida maestam.
    Hunc ultra gemini pisces, quorum alter in austrum 239
tendit, Threicium borean petit alter et audit
stridentis auras, niueus quas procreat Haemus.
non illis liber cursus, sed uincula cauda
singula utrumque tenent uno coeuntia nodo.
nodum stella premit. piscis, qui respicit auras
Threicias, †dextram Andromedae cernetur ad ulnam.
    Supter utrumque pedem deuotae uirginis ales 248
Perseos effigies, seruatae grata puellae.
moles ipsa viri satis est testata parentem,
tantus ubique micat, tantum occupat ab Ioue caeli.
dextera sublatae similis prope Cassiepiam
sublimis fulget, pedibus properare uidetur
et uelle aligeris purum aethera tangere plantis.
    Poplite sub laeuo, tauri certissima signa, 254

---

239 Hinc *Morelius* Hunc *APSςγ* Huc *A*M* Huic *Z cf. fs* p. 4 (n. 6), *ubi* credas *pro* creads *et* illud *pro* canis *legendum est* | medium *C* modiũ *P* | *Mico leuita Centulensis, u. 239 ex florilegio quodam (cf. Traube, Poetae aeui Carolini III 273) attulit* ‖ 240 *om. M* | Inter lanigeri *A*Z* Interea nigeri *AP* | m(a)estam *C* mestum *P* 241 Hunc *C* Hinc *Morelius* | austrum *O* austros *Z* ‖ 242 Threicium *A*E* | borean *E* boream *C* | alter et audit *Z* alter audit *O* altera uidit *Mς* ‖ 243 niueus *C* niueas *P* | Haemus *AP* ‖ 245 singula *O* cingula *Z* | tenent *MZ* tenit *A* tenet *P* | *Germanicus apud Aratum u. 243 legit* οὐραίων *et* ἰόντα *(cf. Voss p. 47 Maass p. 16)* ‖ 246 Nodum *Z* Nondum *O* | auras *C* oras *Burmann* ‖ 247 Threicias *Z* T(h)reicia *O* | dextram *C cf. γ not. ad hunc u. p. 11, m p. 39, praef. p. XXIII sq.* | Andromedae (androme dę *A*) *AM* | cernetur *γ* cernantur *C* | ulnam *O* illam B^{b} illum B^{a} *m. 2 L* *248—250 om. AP 248—251 om. M 256—268. 248—255 ordo uersuum in E* ‖ 248 Supter *Z* Subter B^{b}*L* ‖ 249 seruatae B^{a} *m. 2* | grata *E*B^{a} *m. 2* gratae *L* ‖ 251 ab *A*SςZ om. AP* | Ioue *C* ione *P* ‖ 252 sublatae *Z* sublata *O* | prope *C* probe *A* | cassiepiam *M* | Dextra sublata solium prope Cassiepiae *γ* ‖ 253 pedibus *C* precibus *M* ‖ 254 tangere *O*(*Sς*) findere *Z* | plantis *C* palmis *V*V^{d} pennis (plantis *margo*) *F* *255—257 om. AP 255—258 om. M*

Pleiades suberunt, breuis et locus occupat omnis,
nec faciles cerni, nisi quod coeuntia plura
sidera communem ostendunt ex omnibus ignem.
septem traduntur numero, sed carpitur una,
deficiente oculo distinguere corpora parua.
nomina sed cunctis seruauit fida uetustas:
Electra Alcyoneque Celaenoque Meropeque
Asteropeque et Taygete et Maia parente
caelifero genitae (si uere sustinet Atlas
regna Iouis superosque atque ipso pondere gaudet).
lumine non multis Plias certauerit astris,
praecipuo sed honore ostendit tempora bina,
cum primum agricolam †uentus super immouet atri
et cum surgit hiems portu fugienda peritis.
268 Quin etiam lyra Mercurio dilecta, deorum
†plurimulum accepte prohs caelo nitet ante labore

---

256 et B^{a} *m. 2* est *Z* en β | omnis *Z* omnes B^{a} *m. 2* || 257 faciles *E* facile B^{a} *m. 1 L* facile est B^{a} *m. 2* || 259 numero sed *PA*Z* NUMЄROSЄ *A* numero se *M* || 260 Deficiente *PZ* Deficient *AM* sed cogitur una Deficiente loco rellinquere corpora cara *legendum proposuit* β *cf. m p. 41* || 261 seruauit *C* seruabit *A* || 262 Alcyoneque *Z* | Celaenoque *v* || 263 Asteropeque *OE* Asterope $B^{a}L$ Ac Sterope γ | Maia parente *PM* mala parente *AA** mea parentem *Z* Maea parente γ || 264 genit(a)e si *MA** genita est *AP* genitas si *Z* | uere *O* uero *E* u*ro B^{a} *m. 1* utro *L* ultro *l* uerus B^{a} *m. 2* B^{b} | Atlas *S* alas *AP* athlas *MZ* athlans *E* Atlans β || 266 certauerit *Z* certauerat *O* || 267 *om. Z* || 268 uentus super immouet (inmouet *A** supimmouet *P*) atri *OS* supīmouet ater V^{a} supminet (supiminet V^{c} super eminit V^{d}) auster $V V^{c} V^{d}$ uentus super imminet agri *Z* ueniens superimminet aestas γ uernus tepor admonet agri *Haupt, Opusc. III p. 406 sq. de reliquis uirorum doctorum coniecturis cf. fs p. 4 sq. (n. 7), ubi quod ipse proposueram* (uentus superimminet acris), *non sine causa reieci* || 269 *post 272 ponunt* $B^{a}L$ *269—275 om. E* | Et *O* At $B^{a}L$ Aut β | hiems *M* | portu fugienda (figienda *A*) *O* ponto fugienda $B^{a}L$ *270—272 om. AP 270—273 om. M* || 271 Plurimulum accepte (acceptae *L*) prohs $B^{a}L$ proli accepta pio γ proli accepta epulis *Burmann* multum accepta epulis *Haupt ibid. p. 407 sq.* Plurimum amica epulis β Accepta est proli *P. de Winterfeld, Herm. XXX p. 562 sq.*

deuictam effigiem †planta erectaque dextra
tempora laeua premit torti subiecta draconis.
summa genus subuorsa tenet, qua se lyra uoluit.
Contra spectat auem, uel Phoebi quae fuit olim *271*
cygnus uel Ledae thalamis qui illapsus adulter
furta Iouis falsa uolucer sub imagine texit.
inter defectum sidus cygnumque nitentem
Mercurialis habet sedem lyra. multa uidebis
stellarum uacua in cygno, multa ignea rursus
aut medii fulgoris erunt. penna utraque laeta,
dexterior iuxta regalem Cepheos ulnam,
at laeua fugit instantem sibi Pegason ala.
Piscibus interlucet equi latus, ad caput eius *282*
dextra manus, latices qua fundit aquarius, exit.
quo prior aegoceros semper properare uidetur
oceano mersus sopitas condere flammas.
tum breuis occasus ortusque intercipit hora,

---

272 Deuictam B^a*L* Defectam *Burmann* Deuinctam *Voss Arat. p. 54 cf. praef. p. XXIII sq.* | planta erectaque dextra B^a *m. 1* plantae erecta quoque B^a *m. 2* planta quae erecta sinistra *γ* plantaque erecta sinistra *Buhle* quoi planta erecta sinistra *β cf. P. de Winterfeld, Herm. XXX p. 560 sq.* || 273 torti∗ B^a tortis *L* portis *A** porti *AP* | draconis ***C*** *ex* dracones *mut. A* || 274 genus *MA*S*V^a genu ***C*** | subuorsa *coni. f p. 411* suborsa (*ex* soborsa ⟨suborga *ex* soborga *sec. β*⟩ *mut.*) *A* sub.orsa *P* suborsa *M* subuersa B^a submersa *γ* | uoluit ***O*** uersat B^a*L* | *hunc uersum post u. 608 ponendum censuit γ, suo loco esse intellexit β* 275 spectat *sc. engonasin cf. Arat. 272 sq.* | Phoebi *M*B^a | qu(a)e ***O*** qui B^a*L* || 276 Cygnus *M* | qui illapsus *γ* qui lapsus ***C*** quid (qui∗ B^a) lapsus B^a*L* || *278—280 om. AP 278—281 om. M* || 280 cygno *γ* cycnum *EL* cignum *ex* signum *mut.* B^b || 281 penna *AP*B^a *m. 2* pinna *ZA** | laeta ***C*** lata *γ* | *Germanicus apud Aratum u. 276 legit* πτερὰ τετρήχυνται *(cf. Maass p. 18)* || 283 l(a)eua fugit ***OE*** l(a)eua fulget B^a*L* fulget leua B^a *m. 2* B^b *284—286 om. AP 284—287 om. M* | *ordo uersuum hic est: 285, 387—393, 286 sqq.* B^a*L* *286—314 om. E* || 285 latices qua *E (?) γ* laticesque *L* laticesq. B^a *m. 1* latices qui B^a *m. 2* || 286 Quo prior aegoceros *γ* Cum primum ego chero B^a*L* Cum primum ergo chero B^a *m. 2* || 288 Tum breuis B^a*L* TUMBRES *AM* Tum imbres *P* | occasus ortusque *i. e. noctes quippe quae inter occasus et ortus inter-*

cum sol ambierit metas gelidi capricorni.
nam neque perficiet cursus et uota breuis lux,
et cum terrores auget nox atra marinos,
multum clamatos frustra spectaueris ortus.
tunc rigor, aut rapidus ponto tunc incubat auster;
pigra ministeria, et nautis tremor alligat artus.
et rationem anni temeraria pectora soluont,
nulla dies oritur, quae iam uacua aequora cernat
puppibus, et semper tumidis ratis innatat undis.
in terra temptare undas iuuat; aspera set cum
adsultat lateri deprensae spuma carinae,
tunc alii curuos prospectant litore portus
inuentasque alii terras pro munere narrant,
ast alii procul a terra iactantur in altum: 303
interea exanimat pauidos instantis aquae mons. 302
munit eos breue lignum et fata instantia pellit,
nam tantum a leto, quantum rate fluctibus, absunt.
    Belligerum Titan etiam cum contigit arcum

---

cedant | hora *Z* ora *O* ‖ *289 et 290 om. O cf. praef. p. XXIV* ‖ 290 Nam *Z* Iam *γ* | et uota *Z* nec uota *Buhle* | *ante hunc uersum aliquid excidisse censet f p. 418 cf. fs p. 5 (n. 8)* ‖ 291 terrores *O* B^a *m. 2* terroris B^a *m. 1 L* ‖ 292 spectaueris B^a *m. 1 L* spectauerat *AP* spetauerat *M* spectaberis B^a *m. 2* exspectaueris *γ* speculaberis *β* ‖ 293 tunc *C cf. praef. p. XXII* | rigor *P ex* rogor *mut. A* rigora *M* B^a *m.1 L* frigora B^a *m.2* B^b | aut *C* ut *M* est *d cf. fs p. 8 (n. 15)* | rapidus *C* rabidus *collato u. 327 β* ‖ 294 Pigra *O* Nigra B^a*L* | alligat *O* occupat B^a*L* ‖ 295 Et *PM* E *A* Sed B^a*L* | soluont *β* soluent *O* soluunt B^a*L* ‖ 296 quae *C* qua B^a *m.2* que *L* | cernat *AM* cernent *P* cernunt B^a *m.1 L* ‖ 298 In terra *AM* Interea *P* Ante ratem B^a *m.2* inter ratem B^a *m.1 L* | iuuat *O* B^a *m.2* iuba B^a *m. 1 L* | set *β* ‖ 299 Adsultat *C ex* Adsaltat *mut. A* | *hunc uersum post u. 301 habet L* ‖ 300 *om.* B^a*L* alii *γ* alti *O* ‖ 301 alii *C ex* alti *mut. A* | *301 et 302 delendos censet f cf. fs p. 5 sq. (n. 9)* | narrant *C* sacrant *S* V^a ‖ 302 exanimat *C* examinat *P* ‖ 303 *hunc uersum hic collocandum esse iure censuit γ* | a terra B^a*L* e terra *AM* &erra *P* | altum *O* alto B^a*L* ‖ instantis *C* instrantis *A* instratus *β* ‖ 304 Munit *O* Punit B^a*L* | eos B^a*L* hros *A* rhos *P* hos *M* | fata *C* facta *PM* | pellit *O* pellunt B^a*L* 306 *om. M* | Belligerum *C* Belligeri *γ* | etiam *AP*

ducentemque ferum sinuato spicula neruo,
iam clausum ratione mare est, iam nauita portu
infestam noctem fugitat longasque tenebras.
signum erit exoriens nobis tum nocte suprema
scorpios: ille micat supra freta caerula cauda;
insequitur grauis arcus et in lucem magis exit.
tunc alte Cynosura redit, tunc totus in undas
mergitur Orion, umeris et uertice Cepheus.
    Est etiam, incertum quo cornu missa, sagitta, 311
quam seruat Iouis ales. habet miracula nulla,
si caelum ascendit Iouis armiger. hic tamen arduos
unguibus innocuis Phrygium rapuit Ganymeden
et telo appositus custos, quom Iuppiter arsit
in puero, luit excidio quem Troia furorem.
    Delphin inde breuis lucet iuxta capricornum 316
paucis sideribus; tulit hic Atlantida nymphen
in thalamos, Neptune, tuos, miseratus amantem.
    Sidera, quae mundi pars celsior aethere uoluit 319
quaeque uident borean uentis adsueta serenis,

---

magnum $B^a L$ | cum $B^a L$ *om.* *AP* | arcum *C* arctum *P* ‖ 307 Ducentemque *O* Lucentemque $B^a L$ | ferum $B^a L$ ferunt *O* ‖ 308 clausum *C* clausam *A* ‖ 309 fugitat *O* fugit at *M* fugiat $B^a L$ ‖ 310 tum *O* tunc $B^a L$ | suprema *O* superba $B^a L$ ‖ 311 Scorpios *M* | micat *C* micante *commate post* scorpios *deleto* ε *p. 236* ‖ 313 alte *C* alto γ | redit γ repit *O* *(ex corr. S)* regit $B^a L$ rapit V^aσ | Tunc repit Cynosura alte *P. de Winterfeld, Herm. XXX p. 560 cf. praef. XXIV* ‖ 314 Mergitur *PM* Megitur *A* Vergitur B^a | Orion umeris *P* Orio numeris *A* Orion humeris *MZ* | Cepheus *O* *315—317 om. AP 315—318 om. M* ‖ 317 arduos β *cf. fs p. 6 (n. 10)* arduum B^a *m. 2* ardum *Z* | ascendit tamen arduus armiger hic est. Unguibus is nocuis γ hic etenim arduum σ is enim arctum *Buhle* hic Catamitum *o* armiger arduos; hic nam β hic tamen aptum ε *p. 236 sq.* ‖ 318 Phrygium B^b | Ganymeden *o* GANIMEDĒ *A* ganimeden *P* $B^a L$ ganymedē *A** ‖ 319 telo appositus *C* telo appositu'st *o* telo est positus β | custos *O* cuius *Z* | quom γ quo *C* ‖ 320 excidio *O* excidium B^a *m. 2* B^b *321—323 om. AP 321—324 om. M 321—327 om. E* ‖ 321 Delphin γ Delphini *L* Delphinus B^a *m. 2* B^b ‖ 322 Atlantida *ex* Atliantida *L* ‖ 324 quae *Z om. AP* cum *A** ‖ 325 Quaeque *Z ex corr. A* | borean *Z* | adsueta *C*

diximus. hinc alius decliuis ducitur ordo,
sentit et insanos obscuris flatibus austros.
322 Primus in obliquom rapitur sub pectore tauri
Orion. non ulla magis uicina notabit
stella uirum, sparsae quam toto corpore flammae:
tale caput, magnisque umeris sic balteus ardet,
sic uagina ensis, pernici sic pede lucet;
talis ei custos aderit canis ore timendo.
ore uomit flammam, membris contemptior ignis.
Sirion hanc Grai proprio sub nomine dicunt.
cum tetigit solis radios, accenditur aestas,
discernitque ortu longe sata: uiuida firmat,
at quibus adfectae frondes aut languida radix,
exanimat. nullo gaudet maiusue minusue
agricola et sidus primo speculatur ab ortu.

---

assueta *MA** ‖ 326 decliuis *PM* dediuis *A* declinis B^a*L* | ducitur **O** dicitur B^a*L* ‖ 327 Sentit et **O** Sentiet B^a*L* | obscuris *C* abscuris *A* *328—330 om. AP 328—331 om. M* ‖ 328 in obliquom *scr.* INOB'LIQUO (INOB *in ras.*) B^b in obliquo *Z* in obliquum *γ* ‖ 329 non ulla *Eγ* non nulla B^a ‖ 330 quam *Eγ* cum B^a *m. 2* qum *L* quem († cum *supra lineam add. m. 1*) *l* ‖ *u. 330 finitur V* ‖ 331 Tale *Z* Tela **O** | magnisque umeris *A* Z* (humeris *P*) *AP* magnique humeri B^a *m. 2* magnique humeris *L* magnique umeri *β* | ardet **O** exit *Z* ‖ 332 pernici **O** *Miconis leuitae lemma* pernicis *Z* *Miconis u. 303 cf. supra ad u. 239* | lucet **O** ludit *Z* | *cf. G. Thiele, Antike Himmelsbilder p. 47 sq.* ‖ *333—335 om. AP 333—336 om. M* | *333—340 post 344 in fine paginae ponit* B^a | *uersum 332 sequitur u. 341, tum leguntur Auieni u. 749 Germanici u. 342 Auieni u. 747. 748. 750 Germanici 344. 333—340* B^b ‖ 333 ei B^a *m. 2* B^b et *Z* | aderit *Z* haeret *Voss p. 66* ‖ 334 contemptior *l* contemtior *L* contētior B^a *m. 1* contentior B^a *m. 2* ‖ 335 hanc *scr. cf. fs p. 6 sq. (n. 11)* hunc *Z* | proprio sub *E* priosum B^a priosuum *L* prios suum (procyon *supra add. m. 2*) *l* ‖ 336 tetigit *C* tegit *P* | aestas **O** aestus *Z* | *de consensu Germanici et Arati u. 332* (ἀνιόντα) *cf. Maass p. 21* ‖ 338 At **O** A *Z* | adfectae (affectae) *Burmann o* adstete **O***(S)* adsuetas B^a*L* adsutae *γ* adstrictae *coni. β* adflatae *ε p. 237* | frondes *C* frondex *AP* | radix **O** | cernis *Z* ceruix *γ* ‖ 339 Exanimat *AM* Examinat *A*PZ* | maiusue *C* malusue *A* | speculatur *Z* speculator **O** ‖ *u. 339 finitur* V^a

Auritum leporem sequitur canis, et fugit ille: 338
sic utrumque oritur, sic occidit in freta sidus.
tu paruum leporem rimare sub Orione.
At qua cauda canis languenti desinit astro, 342
fulgent Argoae stellis aplustria puppis;
puppe etenim trahitur, non recto libera cursu,
ut cum decurrens inhibet iam nauita remos
auersamque ratem uotis damnatus ab ora
praeligat, optatam cupiens contingere terram.
sed quae pars uiolata fuit, coeuntia saxa
numine Iunonis tutus quom fugit Iason,
haec micat in caelo: lateri non amplior actus,
quam surgit malus; qua debet reddere proram,
intercepta perit nulla sub imagine forma;
puppis demisso tantum stat lucida clauo.
At procul expositam sequitur Nereia pristis 353

---

341 om. AP 341—347 praeter u. 343 om. M | 341 Auritum *L* Auditum *B*ᵃ | fugit *L* FUIT *B*ᵇ | canis effugit *Burm.* | *uersum 341 sequitur u. 749 Auieni Z* ‖ 342 utrumque *C* UERUMQ. *A* | in freta *Z* infra *AP* ‖ *uersum 342 secuntur Auieni u. 747. 748. 750* ‖ 343 *om. Z* leporem *AM* laporem *P* | rimare *Burm. o* PRIMARE *A* prima re *M* prima res *P* perpende sub *e* *344—346 om. AP 344—347 om. M* ‖ 345 Fulgent *L* Fulget *B*ᵃ *m. 2* Fulget et *B*ᵇ | Argoae *V* argoe *B*ᵃ | *hunc uersum attulit Priscianus Instit. VII 74 P. 769 (= I 351, 5 Hertz)* ‖ 347 inhibet iam *C* inhibent iam *ex* inhibetiam *mut. A* | remos *C* remis *Gronovius, Obseru. IV 26* ‖ 348 Auersamque *C* Aduorsamq. *S* | uotis *M*ς*B*ᵃ uatis *AP* uoti *Pareus* | ab ora *Sabbadini* ε *p. 237* ab ore *C*(ς) ad oram γ ‖ 349 Praeligat *Muncker, Mythogr. Lat. p. 50 (A. van Staveren p. 57)* Perlegit *C* Perligat γ *quod uerbum in usu esse non uidetur* ‖ 350 Sed *C* Seu *P*γ | quae *Z* quia *O* qua *o* | fuit *C* fugit *B*ᵃ *m. 2* ‖ 351 Numine *C* Numina *B*ᵃ *m. 2* | quom fugit *scr.* cum fugit *Z* confugit *O* ‖ 352 Haec *C* Hac *o* | amplior actus *AMS*ς amplior actu *P* amplius aucta *Z* late, non amplius altus γ amplior auctus *o cf.* ε *p. 238 et 97* ‖ 353 malus *O* maius *Z* ‖ 354 Intercepta perit *C* Intercapta ferit *P* ‖ 355 lucida *O* roscida *Z cf. Herm. XVII p. 406 sq.* *356—358 om. AP 356—359 om. M* ‖ 356 At *Z* Hau(d)t γβ *cf. Sieg, de Cicerone Germanico Auieno Arati interpretibus (Halis Sax. 1886) p. 19* | pristis *ex* pristris

Andromedam. media est solis uia, cum tamen illa
terretur monstro pelagi gaudetque sub axe
diuerso posita et boreae uicina legenti.
auster pristin agit. duo sidera perlegit unum,
namque aries supra pristin piscesque feruntur.
belua sed ponti non multum praeterit amnem,
amnem, qui Phaethonta suas defleuit ad undas,
postquam patris equos non aequo pondere rexit,
uulnere reddentem flammas Iouis; hunc, noua silua,
planxere ignotis maestae Phaethontides ulnis.
359 Eridanus medius liquidis interiacet astris.
huius pars undae laeuum ferit Orionis
lapsa pedem procul. ambobus qui piscibus unus
uincula conectit, nodus cristam super ipsam
aequoreae pristis radiat. sunt libera caelo
sidera non ullam specie reddentia formam
sub leporis latus, auersam post denique puppim,
inter et Eridani flexus clauumque carinae.

---

mut. E pistris *B*^{a} *m.1* pistrix *B*^{a} *m.2* ‖ 359 Diuerso *O* Diuersi *Z* | legenti *O* legente *Z* ‖ 360 pristin *Z* pristis *O* | agit *C* agat *P* agens *γ* | perlegit *C* prolegit *P* praelegit *σ* ‖ 361 supra *C* sup *P* | pristin *OEL* pristim *B*^{a} *m.1* pistrim *B*^{a} *m.2* ‖ *363—365 om. AP 363—366 om. M de ordine uersuum cod. M inde a u. 367 usque ad u. 439 cf. praef. p. VIII* ‖ 363 Phaethonta *v* ‖ 365 Vulnere *Z* Fulmine *γ* ‖ 366 maestae *Z* adaestae *A* adaest aepha&onides *P* | Phaethontides *v* | ulnis *C* (enatis uersae Ph.) alnis *Burmann Knaack, Quaest. Phaethont. (Philol. Untersuchungen herausgeg. von Kiessling und Wilamowitz VIII p. 51), at cf. m p. 37* 367 Eridanus *O* | medius liquidis *C* mediis liquidus *A** mediis (*ex* medius) liquidis *E* | interiacet *OE* iniacet *B*^{a} hic iniacet *B*^{a} *m. 2* *B*^{b} | astris *O* undis *Z* ‖ 368 Huius *C om. P* | undae *C* unde *PB*^{a} *m. 1* *B*^{b} | laeuum ferit *O* medium tenet *Z* medium tenet ast orionis *B*^{a} *m.2* *B*^{b} ‖ 369 *post* procul *interpunxit β* | ambobus *γ* amotis *C* | qui *C* qua *γ* | unus *γ* usus *C* ‖ 370 conectit *scr.* connectit *A*γ* coniectit *O* coniecit *Z* | ipsam *C* istam *M* ‖ 371 Aequoreae *γ* (A)equore *C* Aequorea *B*^{a} *m. 2* *B*^{b} | pristis *O* | radiat *scr.* adiat *AP* adit *MA** radians *Z* | libera *C* libero *A* ubera *β* ‖ 372 ullam *Z* nullam *O* | specie *O* caelo *Z* | reddentia *C ex* reddemtia *A* ‖ 373 auersam *Z* uersam *O* ‖ 374 Eridani *γ* eri-

atque haec ipsa notast nullam praebere figuram.
sunt etiam toto sparsi sine nomine mundo
inter signa ignes, quibus etsi propria desit
forma, per appositi noscuntur lumina signi.
Est etiam a geminis diuersus piscibus unus, *386*
qui borean fugitat, totus directus in austros,
uentre sub aegoceri, pristin conuersus ad imam.
infimus hydrochoos set qua uestigia figit,
sunt aliae stellae; qua caudam belua flectit
quaque caput piscis, media regione locatae
nullum nomen habent nec causast nominis ulla;
sic tenuis cunctis iam paene euanuit ardor.
nec procul hinc dextra defundit aquarius undas
atque imitata cadunt errantis signa liquoris.
e quibus una magis sub cauda flamma relucet
squamigerae pristis, pedibus subit altera signi
fundentis latices. est et sine honore corona
ante sagittiferi paullum pernicia crura.
Scorpios erecta torquet qua spicula cauda, *402*

---

danum (endanum *P*) ***O*** heridanum (herydanum *E*) ***Z*** | clauumque ***Z*** cauumque ***O*** ‖ 375 ipsa ***C*** ipse *MA** | notast *o* nota si ***O*** nota est ***Z*** | praebere ***C*** prebuere *B*[a] | *de interpunctione cf. m p. 41* ‖ 376 etiam ***C*** etenim *γ* quia *β* | toto ***Z*** totos *MP ex* totus *A m. 1 A** totius *β* | mundo *ex* mundi *A m. 1* (mundi *sec. β*) *γ* mundi ***C****β* ‖ 377 etsi ***C*** et *A m. 1 PM* | desit ***C*** defit *o* ‖ 378 appositi ***O*** oppositi ***Z*** *379—381 om. AP 379—382 om. M* ‖ 379 diuersus *γ* diuersis ***Z*** ‖ 380 fugitat *γ* fugiat ***Z*** | directus ***Z*** derectus *β* ‖ 381 aegoceri *v* | pristī *B*[a] *m. 1* ‖ 382 hydrochoos *A* | set *A** sed ***C*** | qua *v* qu(a)e ***C*** ‖ 383 qua *ZA** quae ***O*** ‖ 385 habent *MZ om. AP* | causast *o* causa si ***O*** causa *A** causa est ***Z*** ‖ 386 tenuis ***C*** tenitis *M* | paene *A* pone *B*[b] poene *P* pene *MB*[a]*E* ‖ *387—393 post u. 285 habet* ***Z*** ‖ 388 liquoris ***Z*** liquores ***O*** ‖ 389 flamma *MZ* flama *A** magna *AP* ‖ 390 Squamigerae pristis ***O****(S)* Squamigeri ustis *E* Squamiger iustis *B*[a] *m. 1* Squamigeri iustis *B*[a] *m. 2* | signi ***O*** signa ***Z*** ‖ 391 *Germanicum apud Arat. u. 401* *ἄγνωτοι legisse suspicatur γ* ‖ 392 sagittiferi ***C*** sagitti ferit *AM* | paullum *B*[b] paulum *E* nullum ***O*** | pernicia ***C*** pernida *(P) aut* pernicla *A* ‖ *393—395 om. AP 393—396 om. M* ‖ 393 erecta *E* erepta *B*[a]*L*

turibulum uicinum austris sacro igne uidebis,
arcturum contra; sed quanto tardius ille
oceanum occasu tangit, tanto et magis artae
turibulo metae; uix caelum suspicit, et iam
praecipiti tractu uastis demittitur undis.
multa dedit natura homini rata signa salutis
uenturamque notis cladem depellere suasit.
inter certa licet numeres sub nocte cauenda
turibulum, nam si sordebunt cetera caeli
nubibus obductis, illo splendente, timeto,
ne pacem pelagi soluat uiolentior auster.
tum mihi †siccentur substricto cornua uelo
et rigidi emittant flatus per inane rudentes.
quodsi deprensae turbauit lintea puppis
incubuitque sinu laxo, uel mergitur undis
prona ratis sorbetque inimicum Nerea prora,
uel si respexit seruator Iuppiter, aegre
ultima persoluunt iactati uota salutis;

394—413 om. E 394—445 om. B^{b} ‖ 396 occasu *AP* occasum *B*^{a}*L* | tanto et magis ***C*** tanto magis *γ* | artae *v* ‖ 397 Turibulo ***O*** Turibuli *B*^{a}*LV* | metae uix *B*^{a}*L* maeteui *A* m&e ui *P* metae ui *M* | caelum *B*^{a}*L* c(a)elo ***O*** | suspicit ***Z*** suscipit ***O*** ‖ 398 demittitur *B*^{a}*L* ς *σ A. Kiessling* dimittitur *MA***SV*^{a} dimi etitur *A* dem&itur *P* ‖ *400 om. AP* ‖ 401 numeres *MB*^{a}*L* numeris *A* Inumeris *P* ‖ 402 *om. A* | ce(ę)tera *PMA***S*ς tempora *B*^{a}*L quod probauit Voss Arat. p. 78 cf. praef. p. XXIV* ‖ 403 splendente timeto ***O*** splendenti metuendum *L* splendente (splendenti *m. 1*) ∗ ∗ tuendum *B*^{a} ‖ *404—413 litteras initiales om. L totos uersus l* ‖ 405 tum *scr.* Tunc (unc) *B*^{a}*L* | siccentur ***C*** spissentur *γ* signentur *ε p. 238* | substricto *γ* abstricto ***O*** subsricto *L* ‖ 406 Et (t *L*) rigidi emittant *B*^{a}*L* Erigit temit tant *A* Erigit te mittant *P* Et rigitte mittant *M* Et rigidei mittant *scribi mauult β* | flatus ***Z*** latus ***O*** ‖ 407 deprensae *B*^{a}*L* deprensa *AM* deprehensa *P* depressa *A** | turbauit ***C*** turbabit *L* | *subiectum est* uiolentior auster *(u. 404)* ‖ 409 sorbetque *γ* soluetque *AM* soluitq. *P* seruetque *B*^{a}*L* ‖ 410 Vel si ***C*** Celsi *B*^{a} | respexit *B*^{a} perspexit *AM* perspexerit *P* | aegre *B*^{a}*L* aeger ***O*** aegri *Wassius ap. β* ‖ 411 iactati *γ* iactatae ***C*** | salutis *ex* salis *mut. A*

nec metus ante fugit, quam pars effulserit orbis,
quae borean caelum spectantibus indicet ortum.
Sunt etiam flammis commissa inmania membra *431*
Centauri, capite atque hirsuto pectore et aluo
subter candentis hominem reddentia chelas,
inde per ingentis costas, per crura, per armos,
nascitur intacta sonipes sub uirgine. dextra
seu praedam e siluis portat seu dona propinquae
placatura deos, cultor Iouis, admouet arae.
hic erit ille pius Chiron, iustissimus omnis
inter nubigenas et magni doctor Achillis.
hic, umero medium scindens iter aetheris alti
si tenuem traxit nubem stellasque recondit,
toto clarus equo uenientis nuntiat euros.
Nec procul hinc hydros trahitur, cui cauda superne *443*
Centaurum lucet, tractu subit ille leonem,
peruenit ad cancrum capite et tria sidera tangit.
huic primos tortus crater premit, ulterioris
uocali rostro coruus forat. omnia lucent,

---

412 effulserit orbis ***O*** perfulserit omnis $B^a L$ ‖ 413 Quae ***O*** Qua $B^a L$ | ortum ***O*** orbem B^a *414—416 om. AP 414—417 om. M* ‖ 415 hirsuto *v* ‖ 416 candentis ***C*** candentes B^a *m. 2* ‖ 417 ingentis ***C*** ingentes B^a *m.2* ‖ 418 dextra $B^a L$ dextera *E* dexter ***O*** ‖ 419 e *γ om.* ***C*** ‖ 420 admouet *APE* ammouet *M* admonet $B^a L$ at admonet *marg. E* | arae ***C*** arma *P* ‖ 421 Hic ***O*** *E* Sic $B^a L$ | iustissimus *γ* tutissimus ***C*** mitissimus *Burmann cf. fs p. 7 (n. 12)* ‖ 422 magni ***C*** magno *A* ‖ 423 Hic ***O*** *E* Hinc *Z* | scindens $V V^c$ scandens ***O*** scandit *Z* | alti *PZ* alii *AMA** ‖ 424 stellasque recondit $B^a L$ stellasq. uerecondit *AM* steltq. uerecondit *P* ‖ 425 *deest maiusculis littera initialis (in minusculis addita est) L, hinc error et meus (cf. progr. Erfurt. 1873 p. 13) et Baehrensii corrigendus est 426—428 om. AP 426—429 om. M* ‖ 426 hinc B^a *m. 2 L* hic B^a *m. 1* | superne *γ* superni *Z* sub arma Centauri *σ* ‖ 427 Centaurum *L* centauri relucet B^a *sec. β, at cf. d p. 271* | tractu B^a *m. 2 γ* tractus *Z* ‖ 428 capite B^a *m.2* capiti *Z* | et *Z* sed B^a *m.2* tria *γ* tristia *Z* ‖ 429 Huic primos tortus *γ* Hic primo (primos *P*) ortus (est *add. A**) ***O*** Hic (huic B^a *m.2*) primo est ortus *Z* | ulterioris ***O*** ulterires *Z* ‖ 430 forat (norat B^a *m. 2*) *Z* foret (ferrit *A**) ***O*** | lucent *ZA** lucet *AP* ‖ *u. 430 finiuntur* $V V^c V^d$ *in quibus*

et coruus pennis et paruo pondere crater
et spatio triplicis formatus sideris hydros.
450 Sub geminis procyon fulgenti lumine surgit.
451 Hic caelo ornatus trahitur noctemque diemque.
sors sua cuique data est, semel adsignata tuentur
inmoti loca nec longo mutantur in aeuo.
454 Quinque aliae stellae diuersa lege feruntur
et proprio motu mundo contraria uoluunt
curricula exceduntque loco et uestigia mutant.
haud equidem possis alio contingere signo,
quae diuis sedes. hinc atque hinc saepe uidentur
occasus ortusque. neque anfractus breuis illis,
annosasque uias tardus uix perficit orbis.
hoc opus arcanis an credam postmodo musis,
tempus et ipse labor, patiantur fata, docebit.
462 Signorum partes, quorum est praedicta figura,
annum expleturi praecidunt quattuor orbis.
interualla trium transuersus colligat unus.
nec par est illis spatium: duo namque ferùntur

---

post scholium de hydra legitur fragm. IV 52—163 de V^a *cf. praef. XIII* | 431 *et* 432 *om.* **O** ‖ 432 triplicis *γ* triplici **Z** | formatus B^a *m. 1* *L* formatur B^a *m. 2* ‖ 433 fulgenti lumine **O** fulgentia lumina **Z** *434—436 om. AP 434—437 om. M* ‖ 436 Inmoti *ex* Inmorti (In morti B^a *m.1* *l* In mortis B^a *m. 2*) *L* Immoti *γ* | longo B^a *m. 2* *L* longe B^a *m. 1* ‖ 437 Quinque aliae stellae *A** Quique aliae si stellae *A* Quique aliȩ stellae *P* At quinque stellae **Z** | lege **C** legi *A* | feruntur **C** curantur *P* ‖ 438 *Germanicus apud Arat. u. 455 legit* πάντοϑεν *cf. Philolog. Abhandl. M. Hertz dargebr. p. 46 sq.* ‖ 439 curricula **Z** curriculo **O** ‖ *u.* 439 *finitur* V^a ‖ *440—442 om. AP 440—443 om. M* ‖ 440 possis *γ* possim (possent B^a *m.2*) **Z** | alio **Z** ullo *σ* ‖ 441 diuis sedes *E* diui*sa*di*es *(sic)* *L* diuisa dies *l* diuisa die* B^a | Quod diuersa uia est *γ* ‖ 442 anfractus *v* ‖ 443 Annosasque **Z** Annonasque **O** | tardus uix **Z** tardius *P* | perficit **Z** pr(a)eficit **O** ‖ 444 an **O** si **Z** ‖ 445 patiantur **O** patiatur **Z** | fata **Z** facta **O** | docebit **C** docebunt *A** B^a *m.2* 446 est **O** *om.* **Z** (*sed* figura est *E*) ‖ 447 praecidunt *σ* pr(a)edicunt **C** | orbis *A* orbes *PA** **Z** ‖ 448 Interualla (Inter ualla *M*) **C** Inter nulla *A* | colligat **C** colligit *P*B^a *m. 2* ‖ 449 par est illis *γ* per stelli *A m. 1*

inter se aequales, quorum est et maxima forma;
et totidem inter se, praedictis ante minores.
hi semper distant, illos communia signa
committunt. qua se tangunt, pars aequa rotarum
diuiditur, binos ut si qui desecet arcus.
Dissimilis quintus liquida sub nocte uidetur, *469*
sidera cum reddunt sinceros eminus ignis.
lactis ei color, et mediis uia lucet in umbris.
lacteus hic orbis nullo minor orbe rotatur.
Celsior ad borean qui uergit circulus altos *480*
et peragit tractus uicinis haud procul ursis,
per geminos currit medios, uestigia tangit
aurigae plantamque terit Perseida laeuam;
transuersae Andromedae latera utraque persecat actus
et totam ex umero dextram; summa ungula pulsu
acris equi ferit orbis iter. tum candidus ora

---

per·^{se} stilli *A m. 2* ꝑ se^{e}· stilli *P* pes est illi *M A** | par est illi **Z** | duo namque **Z** quoniamque *AM* qm̃que *P* | 450 quorum est et **O** quorum est *L* quorum extat *B*ᵃ duo quorum est *E*γ ‖ 451 inter se **C** rursum γ *at Grotius* inter se *non ex glossemate, ut ait* β, *ortum, sed ex uersu praecedenti perperam repetitum uideri dixit* aequales β *cf.* ε *p. 238* ‖ 452 Hi *MZ* Hiis *A* His *P* | distant **O** dictant **Z** *(corr. B*ᵃ *m. 2)* | illos **C** illis *B*ᵃ *m. 2 B*ᵇ ‖ 453 qua **Z** quae **O** ‖ 454 qui **O** quis **Z** | desecet **C** dissecet *mauult* β | arcus **C** artus *P*
455 quintus (quinctus *A*) **O** cunctis **Z** | uidetur **O** uidentur *B*ᵃ *m. 2 B*ᵇ ‖ 456 Si(y)dera **O** Sidere *B*ᵃ *m. 2 B*ᵇ ‖ ignis **O** ignes *ZA** ‖ 457 ei **Z** et **O** | color **C** calor *A* | et **O** est **Z** | uia **O** ut **Z** et γ qui *mauult* β | *de hoc uersu et insequenti cf. praef. p. XXIV* ‖ 458 minor **O** minus **Z** | rotatur **Z** rotatu **O** *459—461 om. AP 459—462 om. M* ‖ 462 plantamque *AZ* plantaq. *P* planta quę *A** | terit **O** tegit **Z** legit σ | perseida **Z** persida **O** ‖ 463 latera utraque persecat **O** secat utraque latera **Z** | actus *(ex* acus *A)* **O** tactu **Z** ‖ 464 ex umero (humero) *coni. o* ab umero (humero *M*) **O** ab humero *A*Z* absque humero γ abs humero σ Aque umero totam β a cubito *m p. 39* | dextram *PZ* dextra *AM* | pulsu **O** cursu **Z** ‖ *post u. 464* Diuidit atque (et *EL m. 1*) sagittiferi medium *(eras. B*ᵃ *om. B*ᵇ*)* pernicia crura *add.* **Z** *om.* **O** *cf. f* p. XVIIII sq.* ‖ 465 Acris equi ferit (equiferi *M*) **O** Hinc alius

cygnus habet iuxta, cubito lucet super ipsum
nixa genu facies et primis ignibus anguis.
effugit at uirgo; totus leo, totus in ipso
cancer. ab aduersis omnem secat ille leonem
clunibus hirsutique iubam per pectoris exit.
cancro fulgentes oculi, ceu regula currat
per medios, sic diuidui latera utraque tangunt.
hunc octo in partis si quis diuiserit orbem,
quinque super terras semper fulgere notabit,
abdi tris undis breuibusque latere sub umbris.
hoc cancrum tetigit cum Titan orbe, timeto
aestatem rapidam et soluentis corpora morbos.
tunc habet aeterni cursus fastigia summa
erectoque polo breuius non adplicat umquam
candentis currus. aduerso nititur orbe,
dum tangat metas; pronus deuoluitur inde.
501 Hic boreae propior, contrarius excipit austros;

---

rapit *Z* | orbis *C* toruis *M* | tum *Z* tunc *O* ‖ 466 Cy(i)gnus *O B*ª Cycnus *EL* | iuxta *C* iusta *A* | cubito *C* cubitos *B*ª *m. 2* ‖ 467 Nixa *C* Fixa *B*ª *m. 2* | genu *PZ* genus *AMA** ‖ 468 Effugit (*ex* Etfugit *P*) *PZ* Et fulgit *A* Et fugit *M* Ecfugit β ‖ 470 hirsutique *L* hyrsutique *E* irsutisq. *AM* hirsutusq. *P* yrsutis quȩ *A** hirsutisque *B*ª | fulgentes *O* qui fulgent *Z* | currat *O* currit *Z* ‖ 472 diuidui *Schaubach* β diuidit (currit *P*) *C* diuisi *B*ª *m. 2* ‖ *post u.* 472 Et geminis humeros et tauri ungula dextra Radit ophyuci humeros uastos (uastos. *B*ᵇ) fulgere notabis *B*ᵇ*L om. O cf. praef. p. XXIV sq.* ‖ 473 partis *unus A* partes *ceteri* ‖ 474 *de consensu Germanici et Arati u. 498* (ἔνδια στρέφεται) *cf. Maass p. 29* | notabit *C* notauit *M* ‖ 475 Abdi γ tris β Adiutrix *AP* Adultrix *M* Abdit tres *Z* | undis *Z* umbris *O* | breuibusque *O* leuibusque *Z* ‖ 476 timeto *Z* timete (timeɴte ⟨ɴ *ex corr.*⟩ *P*) *O* ‖ 477 rapidam *C* rabidam *o* ‖ 478 aeterni *C* aetherii *sine causa* γ | cursus *O* custos *Z* ‖ 479 Erectoque *C* Euectoque *scribendum putat* β | breuius *O* breuibus *Z* Phoebus γ propius *o cf. fs p. 7 (n. 13)* | umquam (unquam *MA**) *O* unum *Z* ‖ 480 currus *A m. 2 PE* cursus *A m. 1 MB*ª*L* | aduerso *O* auerso *Z* ‖ 481 pronus *C* proneus *A* proneus *M* 482 Hic γ Hinc *C* | propior *S ante corr. E* proprior (ppror *P*) *OB*ª *Germanicus apud Aratum u. 501 fortasse legit ἀντιόωντι νότωι (cf. Maass p. 29)*

484 aestatisque tenet flagrantia sidera cancer,
483 aegoceros metas hiemis glacialibus austris:
hoc medium sidus findit deuexior orbis,
fundentis latices genua implicat; alligat illum
intorta pristis cauda; uelocia crura
contingit leporis, canis aluum desecat imam.
desecat et sacrae speciosa aplustria puppis
Centaurique umeros et scorpion ultima cauda
spicula torquentem; magnus micat arcus in illo.
inde austro propior sol est aquilone relicto
et gelidas hiemes hebetato lumine portat.
huius tres caelo partes adsurgere cernes,
quinque latent undis et longa in nocte feruntur.
Hos inter medius nullo minor orbis agetur, *511*
in quo cum Phoebus radiatos extulit ignes,
diuidit aequali spatio noctemque diemque.
bis redit haec facies, librat quae sidera mundi,
cum uer fecundum surgit, cum deficit aestas.

---

483 Aegoceros *A* ‖ 484 si(y)dera *C* sidere *E* | *u. 484 ante u. 483 ponendum esse iure censuit γ cf. praef. p. XXV* ‖ 485 deuexior *C* diuexior *B*ᵃ ‖ 486 alligat *(ex* illigat *mut. L) C* illigat *γβ* | illum *C* lilum *A* ‖ 487 pristis *Z* pristi *(inter* pristi *et* cauda *decem fere litterarum rasura A) O* pristix *A** ‖ 488 Contingit *PA** Contigit *AMB*ᵃ*L* Contegit et *E* Contigerit *B*ᵃ *m. 2 cuius correctiones hic desinere adnotat β* | canis aluum (album *A* ex* calbum *A*) desecat (desicat *A**) imam (ima *P*) *O* canem iam desecat imum *Z* ‖ 489 speciosa *AM* speciosae *PB*ᵃ | aplustria *C* amplustria *A** plustria *B*ᵃ*L* ‖ 491 arcus *O* orbis *B*ᵃ*L om. E* ‖ 492 propior *Z* proprior *O* ‖ 493 hi(y)emes *C* hiemp *A* | lumine *C* lum ne *A* ‖ 494 tres *PZ* praes *A* pres *MA** | cernes *Z* cernis *O* ‖ 495 in *O om. Z* 496 medius *Z* medios *O* | minor *C* minus *P* minos *A** | agetur *MA*Z* agentur *(post rasuram septem litterarum A) AP* habetur (g *supra* b *add. m. 2*) *L* ‖ 497 quo *C* quos *P* | radiatos extulit *Z* radios intulit *O* ‖ 498 Diuidit *C* Diuid& *P* ‖ 499 librat quae sidera mundi *anonymus cf. praef. p. XXV* libato sidera mundi *O* librato sidere mundi *Z* librato pondere mundi *γ* mundo *σ* facies, librato sidere, mundo *β* librato sidere mundi *ε p. 238* | 500 uer *C* uere *A* | fecundum (fęcundum *PM*) *OE* fecun-

signa aries taurusque aequo tanguntur ab orbe,
sed princeps aries totus fulgebit in illo,
tauri armum subit et flexi duo sidera cruris.
at medium Oriona secat spiramque priorem
hydri et crateram leuem coruique forantis
ultima, deficiunt nigra qua sidera cauda.
illic et chelas transuerso lumine quaeres
et celsi partem anguis et a medio ophiuchum
nec procul inde aquilam; toto capite incubat ardens
Pegasus et longae spatio ceruicis inhaeret.
525 Hos orbis, quorum tractus et signa notamus,
rectus per medios percurrens traicit axis.
tres interuallis paribus sine fine rotantur
nec mutare uias possunt nec iungere sulcos.
quartus in oblicum tris unus colligat orbis,
partibus extremis diuersos inplicat; unum
inter utrumque secat medium desectus ab illo.
non si Palladia doctus formaret ab arte,
distantis orbis melius religasset ab uno.

---

dus *A*B^aL* ‖ 501 taurusque aequo *Z* taurus quae (taurusq. *P*) quo *O* ‖ 502 totus *A m. 2 P* totos *A m. 1 M* toto *Z* | illo *O* orbe *Z* ‖ 503 subit *PZ* subiit *AM* ‖ 504 At *PM* Ad *AZ* ‖ 505 crateram *Z* cratera *O* creterram *C. F. Kinch, quaest. Curtian. (Hauniae 1883) p. 29* | forantis *f p. 412* ferentis (ferentes *M*) *O* querentis *Z* gerentis *γ* sedentis *β* terentis *ε p. 239 at cf. u. 430* ‖ 507 chelas *C* cheles *P* | quaeres *Z* qu(a)erens *O* ‖ 508 celsi partem *σ* celsi mediam partem *C* | a *Z om. O* | ophiuchum *M* | Hic etiam celsi genua adspicies ophiuchi *γ cf. praef. p. XXV* ‖ 509 Nec *C ex* Nen *mut. A* | aquilam *O* aquila *Z* aquila; at *γ* ‖ 510 long(a)e *C* longo *P* 511 orbis *O* orbes *Z* | quorum tractus *γ* quorumq. apius *A* quorumq. apices *P* quorumque aptus *M* quorum actus *Z* | notamus *O* docemus *Z* ‖ 512 Rectus *PZ* Relictus *AMA** Rectos *Voss Arat. p. 94* | percurrens *O* decurrens *Z* | traicit *Z* traxit *AM* traxit et *P* ‖ 513 *om. AP* | tres *MA*Z* tris *β* | rotantur *γ* notantur *MA*Z* ‖ 514 sulcos *MA*Z* sulcus *AP* ‖ 515 in oblicum tris *PM* ioblicumtris *A* in obliquam tres *Z* | colligat *γ* colligit *C* ‖ 516 extremis *O* extremos *Z* | unum *O* unus *Z* ‖ 517 desectus *Z* defecius *A* defectus *PM* | ab illo *O* in illum *Z* ‖ 519 Distantis *O* Distan-

sed tribus idem ortus omni nascuntur ab aeuo
atque eadem occasus remanent certissima signa.
   Quartus ab oceano tantum uestigia mutat, *537*
obliquo currens spatio, quantum capricornus
aestifero distat cancro, quam latus ad auras
aetherias surgit, tam sacris mergitur undis.
*in sex signiferum si quis diuiserit orbem
*aequalis partes, succumbet regula binis
*inferior signis spatii tantumque tenebit
*una, sui lateris quantum a tellure recedit;
*nec tamen humanos uisus fugit ultimus orbis.
[haec uia solis erit bis senis lucida signis.
nobilis hic aries aurato uellere, quondam
qui tulit in Tauros Phrixum, qui prodidit Hellen,
quem propter fabricata ratis, quem perfida Colchis
sopito uigile incesto donauit amore.
corniger hic taurus, cuius decepta figura
Europe, thalamis et uirginitate relicta,
per freta sublimis tergo mendacia sensit
litora, Cretaeo partus enixa marito.

---

tes *Z* | orbis *C* orbes *EL* | melius *Z* medius *O* ‖ 520 nascuntur *A A* P* nascentur *MZ* ‖ 521 remanent *Z* remanet *O ante corr. E* ‖ *522—535 una linea uacua relicta om. M* ‖ 524 distat *PZ* distant *A* | quam latus *Z* quamtautus *A* quañṭantus *P* quam taurus *A** | auras *C* aures *A* ‖ *526—531 minutioribus litteris manu prima scripti, sed ita ut praeter consuetudinem codicis lineae singulae non singulos uersus, sed binos complectantur reliqua pagina uacua scholiis relicta A* | *hos uersus interpolatos esse uiderunt o et f p. 422 cf. praef. p. XXV sq.* ‖ 526 In sex *C* Infex *P* | si quis diuiserit orbem *cf. u. 473* ‖ 527 Aequalis *C* Aẹquales *P* | partes *γ* aries *C* | succumbet *γ* succumbit *Z* occumbit *O* ‖ 528 spatii *P* pati *A* spatiis *Z* ‖ 529 sui *γ* tui *O* suis *Z* | lateris *C cf. m p. 22 et praef. p. XXVI* ‖ 530 humanos *C* inhumanos *A* | fugit *Z* fulgit *A* fug& *P* | ultimus *PSZ* extimus *A** uectim' *A* ‖ 531 *de u. 531—572 cf. praef. p. XXVI sq.* | bis senis *C* bisseni *A* ‖ *532—534 om. O* ‖ 533 Hellen *γ* hellem *Z* ‖ 535 uigile *γ* uigiles *O* uigili *Z* | donauit *O* donabit *Z* | amore *C* amori *γ* ‖ 537 Europe *A** Europae *C fort.* Europa et *β* ‖ 538 tergo *C* tacto *β* ‖ 539 Litora Cretaeo *γ* Litore acretae *AM* Litore cr&ẹ *P* Litore

sunt gemini, quos nulla dies sub Tartara misit;
set caelo, semper nautis laetissima signa,
Ledaeos statuit iuuenis pater ipse deorum.
te quoque, fecundam meteret cum comminus hydram
Alcides, ausum morsu contingere, bello
sidere donauit, cancer, Saturnia Iuno,
numquam oblita sui, numquam secura nouerca.
hinc Nemeaeus erit iuxta leo; tum pia uirgo;
scorpios hinc duplum quam cetera possidet orbis
sidera, per chelas geminato lumine fulgens,
quem mihi diua canet dicto prius Orione.
inde sagittifero lentus curuabitur arcus,
qui solitus musas uenerari supplice plausu
acceptus caelo Phoebeis ardet in armis.
cochlidis inuentor, cuius Titania flatu
proelia commisit diuorum laetior aetas
bellantem comitata Iouem, pietatis honorem,

---

creteo *Z* Litore, Cretaeo *β* ‖ 540 quos nulla dies *Z* quos eulla (quo se ulla *M*) diei *AM* quoseulla dei *P* ‖ 541 Set *A** Sed *C* | nautis *Z* natis *O* ‖ 542 Ledaeos *v* Laedeos *Z* Led(a)eo (Laedeo *M*) *O* | iuuenis *O* iuuenes *Z* ‖ 543 f(a)ecundam *OE* fecunda *B*^{a}*L* | comminus *AME* cõcomminus *P* cominus *B*^{a}*L* | hydram *O* ydram *A*B*^{a} ‖ 544 Alcides *O* | ausum *Z* ausus *O* | morsu *Z* morsus *O* | bello *C* chelae *o cf. praef. p. XXVII* ‖ 545 cancer *Scaliger apud γ* cancrum *C* ‖ 546 secura *PZ* securae *AM* | nouerca *ex* nouerce *L m. 2 coni. s olim correxi* nouerc(a)e *C quod idem ac 'nouercalitatis' esse censet Scaliger ad Manil. II 33 p. 103 ed. Argent. 1655* | numquamque exuta nouercam *Burmann* ‖ 547 Hinc *PZ* Hic *AM* | Nemeaeus *v* nemeus *C* | tum *O* tunc *Z* ‖ 548 Scorpios *C* Scorpion *B*^{a} | duplum *scr.* duplex *C* duplo *γ* | orbis *scr.* orbe *C* ‖ 549 chelas *MPZ* Ccelas (*ex* scelas) *A* | lumine *Z* flumine *AM* fulmine *P* ‖ 550 Quem *O* Quae *Z* | diua *O* dicta *Z* | canet *O* canat *E* canant *B*^{a}*L* | dicto prius Orione *O* magnum sidus Orionis *Z* | (Quae mihi dicta canant magnum scelus Orionis!) *γ* ‖ 551 lentus *C* letus *A** tentus *γ* ‖ 552 plausu *Z* plausus *(altera* u *ex corr. A) AM* plaustus *P* ‖ 553 Phoebeis *Z* ‖ 554 Cochlidis *γ* Coclitis (l *ex* h *A*) *O* Poplitis *Z* | Titania *O* ‖ 555 *om. Z* ‖ 556 pietatis *C* pi&atis (ta *supra*) *A* | honorem *C* honore *P*

ut fuerat geminus forma, sic sidere, cepit.
hic, Auguste, tuum genitali corpore numen
attonitas inter gentis patriamque pauentem
in caelum tulit et maternis reddidit astris.
proximus infestas, olim quas fugerat, undas
Deucalion paruam defundens indicat urnam.
annua concludunt, Syriae duo numina, pisces
tempora. tunc iterum praedictus nascitur ordo
*lanigeri et tauri, geminorum, postea cancri,
*tunc leo, tunc uirgo, tunc scorpios, arcitenensque
*et geminus capricornus et imbrifer et duo pisces.]
huius quantum altas demergitur orbis in undas *553*
oceani, tantum liquidum super aera lucet.
nullaque nox bis terna minus caelo trahit astra,
nullaque maior erit, quam quanto tempore in auras
orbis perfecti diuisus tollitur arcus.
Saepe uelis quantum superet cognoscere noctis *559*
et spe uenturae solari pectora lucis.

---

557 geminus *C* geminos *AP* | cepit *A ante corr. E* cępit *M* coepit B^a *ex corr. E* || 558 Auguste *C* Augustę *M* | genitali *C* geniali *Th. Plüss (Jahrb. f. kl. Philol. 1870 p. 151 sq. et adn. 23) cf. Maass (de Germanici prooemio p. IV sqq.)* || 559 gentis *O* gentes *Z* | pauentem *O* parentem *Z* || 561 infestas *O* infectas *Z* | olim quas *Z* solinquas *P* solinqua *AM* || 562 Deucalion *MZ* | paruam *E* parum *C* | defundens *O* defendens *(E margo) Z* detendens *E* | urnam *O* ulnam *Z* || 563 numina *O* nomina *Z* || 564 Tempora tunc *O* Temperat hunc *Z* || *565—567 lacunosos censuit o, suppositicios iure censuerunt γ f cf. ed. Berol. p. VI sq. Hermes XVII p. 403 sq.* || 565 tauri geminorum *PZ* et aurig(a)e minorum *AMA** || 566 tunc *ter O* Tunc-tunc-tum EB^a tum *ter L* | arcitenensque *P* arci(y)tenens *AM* architenensque *A** arquitenensque B^aL || 567 geminus *O* gelidus *Z* chelae et *β cf. Hermes XVII p. 403 sq.* | capricornus *A* | imbrifer et *M* imbriferet *A* himbrifer et *P* imbriferi *Z* | pisces *C* pi. *A* || *568—571 om. Z* || 570 bis terna minus *AM* bisterminamus (·IN) *P* | trahit *A·M* trait *P* | astra *PM* asta *A* || 571 in auras *v* in au. *A* iɴau *P* in austros *MA** || 572 Orbis *O* Aeui *Z* | arcus *O* orbis *Z* 573 noctis *Z* noctibus *AM* noctem *P* || 574 uentur(a)e *O* uentura *Z*

prima tibi nota solis erit, quo sidere currat;
semper enim signo Phoebus radiabit in uno.
cetera tum propriis ardentia suspice flammis,
quod cadat aut surgat summoue feratur in orbe,
quantoque exiliant spatio, cum caerula lincunt;
namque aliis pernix saltus, maiore trahuntur
mole alia, oceanum tardo linquentia passu.
quodsi nube caua solis uia forte latebit,
occulet aut signum conscendens uertice caelum
altus Athos uel Cyllene uel candidus Haemus,
Gargaron aut Ide superisue agitatus Olympus,
tum dextra laeuaque simul redeuntia signis
sidera si noris, numquam te tempora noctis
effugient, numquam ueniens Tithonius ortus.
569 Cum primum cancrum Tethys emittit in auras,
excipit oceanus Minoae serta coronae
occidit et dorso piscis caudaque priore,
mergitur in totos umeros ophiuchus et anguis

---

575 nota ***C*** noita *(sed* i *postea inserta)* ***A*** | quo ***C*** quod ***AM*** | currat *(ex corr. A)* ***C*** currit B^a ‖ 576 signo phoe(ae)bus ***O*** phoebus signo ***Z*** | radiabit ***P*** radiauit ***AM*** radiantis ***Z*** ‖ 577 tum ***Z*** tunc ***O*** | propriis ***O*** proris ***Z*** pronis γ | suspice ***Z*** suscipe *(om. m. 1 add. m. 2 A)* ***O*** ‖ 578 Quod *o* Quid ***C*** | aut ***OE*** ut B^aL | summoue ***PZ*** submoue ***AM*** | in ***O*** ab ***Z*** ‖ 579 *om. A** Quantoque ***AP*** Quantoue ***MZ*** | exiliant ***Z*** exilli at ***A*** exiliat ***PM*** | lincunt ***AP*** linquunt ***M*** lingunt ***Z*** ‖ 580 alius (*mgo* t aliis) ***E*** aliis *ex corr.* ***L*** | saltus *o* saltu ***AMA**** saltum ***P*** alius ***Z*** *fort.* Namque magis pernix aliud β | trahuntur ***O*** trahetur ***Z*** ‖ 581 alia ***O*** alio ***Z*** | linquentia ***A*** liquentia ***PMZ*** | *reliquos Phaenomenorum uersus om. M, in quo uersum 581 excipit fragm. IIII* ‖ 582 si nube ***A**** *ex corr.* ***AP*** sine fine ***Z*** *reliquos Phaenomenorum uersus om.* ***APA**** *in quibus uersum 582 excipit fragm. IIII* ‖ 584 Cyllene γ ‖ 585 Gargaron aut Ide γ | agitatus ***Z*** habitatus *Heinsius o* ‖ 586 tum *scr.* tunc ***Z*** ‖ 588 ueniens γ uentus ***Z*** *num* aduentus? β *at cf. u. 625. 686. 425. 606* 589 primum γ primo ***Z*** | Tethys γ | emittit ***Z*** dimittit σ ‖ 590 Minoae γ minoiae ***Z*** ‖ 591 dorso γ dorsus ***Z*** | *Germanicus apud Arat. u. 575 legit* ὅ γ' ἐξόπιθεν *(Maass p. 33)* ‖ 592 in ***Z*** hinc *Burmann* | umeros *scr.* humeros ***Z*** | ophiuchus et γ ophi(y)ucus at ***Z***

ultima cauda micat, tortus habet illa timendos.
nec multo arctophylax †his longe subiacet astris,
lumine qui primo cum scorpios occidit undis
occulitur pedibus; durat tamen arduus ore,
dum rigidum aegoceri signum freta lucida terret.
siderea uix tum satiatus luce bootes
in terras abit et noctis plus parte relinquit.
at contra nullo defectus lumine totus
Orion umeris splendebit magnaque diui
uagina et claro caelatus balteus igni.
cornua et Eridanus liquido feret utraque caelo.
At cum prima iuba radiarit flamma leonis, *590*
quicquid parte micat, caelo nascente sub undas
omne abit atque feri uenientis defugit ora.
tota Iouis mersa est pennis stellantibus ales,
quique genu posito defessus, conditur undis
crure tenus; redit in caelum uasti caput hydri
et pernix lepus et procyon et Sirius ipse
totiusque canis rabidi uestigia prima.
Accipe quae uitent exorsae uirginis ora: *596*
delphinus motis iam tum deflexerit undis
et lyra dulce sonans et flammis cincta sagitta
et niueus cygnus properarit tangere fluctus
(utraque penna uolans), caudam uix lucet ad ipsam.
nigrescitque Padus, terrae qui proximus amnis.

---

593 habet *Z* latet *m p. 45 cf. praef. p. XXVII* || 594 arctophylax *γ* | his *(ex* is B^a *m. 1) Z* hic (*non* hinc) *γ* | subiacet astris *Z* s. astro *γ* | *an* his longe disiacet astris? *β neque uero* disiacet *quantum scio Latinum est cf. m p. 45* || 597 aegoceri *v* || 598 Siderea *E* Sideraea $B^a B^b$ | tum *E* tuum B^a *altera* u *del. L* | satiatus *L* || 601 umeris *scr.* humeris *Z* || 602 caelatus *γ* celatus *Z* || 603 Eridanus *v* 605 *post* micat *interpunxit Winterfeld Herm. XXX p. 559* | caelo *Z* caelo hoc *γ* cancro *Schaubach m* || 606 Omne *E* Omnem $B^a L$ | feri *γ* fert *Z* feret *ex corr. L* | ora *γ* hora *Z* || 608 defessus *sc. est* || 610 Sirius *v* || 611 rabidi *L m. 1* rapidi $E B^a L$ *m. 2 hunc uersum suppositicium censet γ* 612 exorsae *Z* exosae *uel* exortae *Burmann* || 613 Delphinus B^a | motis *Z* notis *γ* | deflexerit *Z* defluxerit *γ* || 617 qui *Z* qua *o*

tum caput abscondet sonipes, tum tota latebit
ceruix; at contra sublimior hydra feretur
†terra tenus traxit surgentia plustria puppis
Argoae totusque canis; sed cum pia uirgo
nascitur, illa ratis media plus arbore lucet.
607 Surgentis etiam chelas sua signa notabunt:
exilit oceano tum toto crine bootes,
quem claro ueniens arcturus nuntiat ore,
celsaque puppis habet, cauda minus attamen hydra.
nixa genu species flexo redit ardua crure,
partibus haud aliis nocte eluctata †suprema,
bis solet illa una caelo se ostendere nocte,
nam si Phoebeos currus, dum longa uenit nox,
occasu sequitur, rursus fugit oceanum ortu.
crure simul chelae fulgent; cum scorpios exit,
non totis radiat membris miserabile sidus;
at cum tantum aberit, quantum lyra surgit ab undis,
arcus ipsa suo caelo referetur imago.

---

618 abscondet γ abscondit *Z* | tum γ cum *Z* ‖ 620 Terra tenus traxit surgentia plustria (plustri *B*^{b} *m. 1* aplustria *B*^{b} *m. 2*) *Z* Cratera tenus et surgent aplustria γ | Creterra *coni. C. F. Kinch p. 29 (cf. ad u. 505), de toto hoc loco disseruit Winterfeld Herm. XXX p. 557 sq.* ‖ 621 Argoae *v* ‖ 622 plus *Z* tenus γ 624 Exilit γ Exilem *Z* | tum β *qui idem* tunc *recepit* | nunc *Z* ‖ 625 ueniens *Z* uenientem *m. p. 47 sq.* ‖ 626 cauda minus *cf. u. 673 et Manil. I 778 et quae Scaliger adnotauit. item cf. 622* plus arbore | hydra γ illa *Z* | *Hinc aliquid excidisse censet d p. 273 cf. pr p. 2* | *Germanicus apud Aratum u. 610 legit* εὖ *et* ἵσταται *(Maass p. 34)* ‖ 627 flexo *Z* dextro *d* β | flexo *i. e. dextro cf. u. 67* ‖ 628 nocte eluctata γ noctem fluctuata *Z* | suprema *B*^{a}*L* supremã *E ex corr. B*^{b} | ponto eluctata supremo β ‖ 629 illa γ ille *Z* | nocte *E* noctem *B*^{a}*L* ‖ 630 currus *L* cursus *B*^{a} ‖ 631 Occasu γ Occasus *Z* | ortu *EL* ortus *B*^{a} ‖ 632 chaele (chelę *E*) fulgent *Z* chelis fulgens σ | crure, simul chelae fulgent, cum γ | scorpios *L* ‖ 633 non *scr. cf. fs p. 8 (n. 16)* Iam *E*γ Tam *L m. 1* Tum *B*^{a}*L m. 2* ‖ 634 tantum *ex* tantus *B*^{b} tantus *Z* | aberit *scr.* abit *Z* abiet σ | surgit *B*^{a} surgat *EL* | Haud (Haut β) cunctatus abit; quum (quom β) Chiron surget ab undis $\gamma\beta$ ‖ 635 arcus ipsa *O* Argosipia (Argo siria *E*) *Z* Arcusque ipsa γ Arcus siue β | suo *Z*

inperfecta redit caelo tum nota corona
et Chiron pius ad caudam cognoscitur imam.
Pegasus abscondit toto cum pectore pennas
nec lucet cauda praemersus pectore cygnus.
abdit et Andromede uultus et maxima pristis
occasu insequitur metuentis uirginis ora:
crista super caelo fulget. caput abditur ipse
regalis Cepheus alias intactus ab undis.
Scorpios exoriens, quom clarus fugerit amnis, *634*
scorpios Oriona fugat, pauet ille sequentem.
sis uati placata, precor, Latonia uirgo;
non ego, non primus, ueteres cecinere poetae,
uirginis intactas quondam contingere uestes
ausum hominem diuae sacrum temerasse pudorem.
deuotus poenae tunc impius ille futurae
nudabatque feris angusto stipite siluas
pacatamque Chion dono dabat Oenopioni.
haut patiens setenim Phoebi germana repente

---

pio γ | *u. 633 post 635 transposuerunt* γβ | At cunctatur habet quantum lyra; surgat ab undis Arcus, tota simul caelo referetur imago *m p. 48 sq.* Arcu saepta suo caelo referetur imago, Imperfecta redit caelo (caelestum?) tum torta corona ε *p. 240* || 636 Inperfecta *Z* Intersecta *mauult* β | cum *Z* tum γ tunc β | nota *scr. cf. fs p. 7 (n. 14)* tota *Z* Minoa *d* orta β nata γ torta ε *uide supra* || 637 Chiron pius γ Chyron prius *Z* | imam γ ima *Z* || 638 cum *m* tunc *Z* || 639 cygnus *v* || 640 Abdit et Andromede σ Ardet et Andromedae *Z* Abditur Andromedae γ | et maxima pristis *Z* sed maxima pistris *aut* pistrisque marina γ || 641 Occasu insequitur σ Occasum sequitur *Z* Oceano insequitur γ | metuentis *o* uentis et *E* uenientis *(margo E)* et $B^a L$ | uenientis γ uenientia σ fugientis *uel* fugientia β | *Orellius praeter Arati uersus 629 sq. Auieni Arateorum u. 1157 cum hoc loco comparat.* || 642 Ipse *Voss p. 111* ipsi *Z* || 643 Cepheus *v* cephoeus *Z* | alias *Voss* altis *Z cf. schol. Arat. p. 107, 30 Bekker et f* p. XXII sq.* 644 Scorpios *Z* Scorpion B^a | quom β quam *Z* quum γ | fugerit γ fulserit *Z* || 646 Sis γ Si *Z* || 647 Non ego non primus *Z* Non ego sum primus *Burmann* Non cano ego primus *mauult* β || 651 angusto *Z* ambusto *o at cf. Thiele, Antike Himmelsbilder p. 48* || 652 Oenopioni B^a *ex corr. L* || 653 Haut(d) γ At *E* Ad $B^a L$ | setenim *scr.* sed enim *E*

numinis ultorem media tellure reuulsa
scorpion ingenti maiorem contulit hostem.
parcite, mortales, numquam leuis ira deorum.
horret uulnus adhuc et spicula tincta ueneno
flebilis Orion et quamquam parte relicta
caeli paene fugit, tamen altis mergitur undis,
scorpios ardenti cum pectore contigit ortus.
nil super Andromedae, nil pristis luce fruetur;
in caput atque umeros rapit orbis Cassiepiam
decliuemque trahunt aeterni pondera mundi
corruptaque cadit forma, certauerat olim
qua senis aequorei natis, cum litore Canchli
Doridos et Panopes spectasset stulta choreas.
illa abit oceano; totius serta coronae
in caelum redeunt, totum se liberat hydrus.
cruribus expectat Chiron obscurior arcum,
corpore iam toto, iam uasto uertice clarus.
tum fera, quam dextra portat Centaurus, in auras
exilit et claris aperitur flexibus anguis;
innixumque genu laeua minus aequora lincunt.
665 At cum prima subit facies remeabilis arcus,
iam sicca oceano Chiron pernicia crura
expellit, celsis ophiuchus fulget in astris.

---

etenim $B^a L$ ‖ 658 relicta *Z* retecta *γ* ‖ 659 Caeli *E* Teli *γ* | paene *γ* poene *Z* pone *o* Poena *ε p. 240* ‖ 660 Scorpios *γ* Scorpion $B^a L$ Scorpius *E* ‖ 661 pristis *L* pistris *ex corr.* B^a ‖ 662 umeros *scr.* humeros *Z* | Cassiepiam *γ* Cassiepia *Z* ‖ 663 Decliuemque *γ* Declinemque *Z* | aeterni pondera *γ* aeterno pondere *Z* ‖ 664 cadit *γ* cadunt *Z* | certauerat *γ* certauerit *Z* ‖ 665 senis *γ* sinus *Z* | Canchli *γ coll. Plin. n. h. V 65* cancri *Z* ‖ 666 spectasset *Z* spectaret *β* ‖ 667 totius serta coronae *γ* totiensque serta corona *Z* ‖ 669 expectat *EL* expectant B^a | Chiron *L* | obscurior *Z* primoribus *m p. 49* | arcum *γ* arcu *Z cf. praef. p XXVII* ‖ 670 iam toto, iam uasto *scr.* iam toto uastus et *Z* iam uasto, iam toto *γ* iam toto uasto sub *σ* iam toto, iam toto *β* ‖ 673 Innixumque *σ* Innixusque *Z* | laeua minus *Z* laeuo maris *infeliciter σ* | lincunt $B^a L$ linquunt *Eσ* linquit *γ* 674 arcus *γ* arcu *Z* ‖ 675 Chiron *v* ‖ 676 Expellit *ex* Expulit *E* expulit *L* expulerit (*ex* expulit) celsis B^a expulit et (et *add. m. 2*) $B^b γ$ extulit

nil trahit obscurum serpens et trunca recepta
desinit esse manu membris deformis imago.
iam lyra cum superis et cygni dextera penna;
radit tellurem rediens cum sidere Cepheus.
tum canis abscondit totius corporis ignis
et latet Orion et semper tutus in undis
est lepus Argoaeque ratis, qua flexile signum
in puppim formatur, adhuc aplustria lucent.
mergitur et Perseus et caprae nobile lumen.
Aurigam totum abscondit ueniens capricornus 679
atque omnem ornatum uenerandae numine puppis.
tum procyon obscurus abit; redit armiger uncis
unguibus, ante omnis gratus tibi, Iuppiter, ales.
omnibus et stellis cygnus redit et leue telum
et paruus delphinus et apta altaria sacris;
et minus exurgit Minoa nota corona.
Hydrochoos caelum scandens simul euocat ore 693
et ceruice tenus fidentem Pegason alis.
auersum Chirona trahit nox atra sub undas,
oceanus caudam tinguit, nondum capit ora,
non uastos umeros, non pectora tristia saetis.
hydram plus mediam condit, pars tertia lucet.

---

et *mauult o* | ophiuchus *v* ‖ 677 Nil *E* (l *in ras.*) B^a *ex* Nihil *L* | et *scr.* sed *Z* ‖ 678 manu *γ* manum *Z* | membris *scr.* mediis *Z* rediens *γ* Nisi (*in adnotat.* Nixi) *σ* uel sic *β* | *ordo uerborum est: imago membris deformis manu recepta desinit esse trunca* | sidere *Z* *i. e. sagittario* | uertice *uel eius generis aliquid, quod capitis actionem habet m p. 50* ‖ 680 Cepheus *v* ‖ 682 et semper tutus in undis *Z* atque imperfectus in undis *collato Arati u. 678 σ* ‖ 684 adhuc *v* athuc *Z* | aplustria *E*B^b *m. 2 L* plustria $B^a B^b$ *m. 1* 687 omnem *E* omne B^a*L* ‖ 692 et minus *Winterfeld de Rufi Festi Auieni metaphrasi Arat. (Berol. 1895) p. 33 sq.* Eminus *Z* | exurgit B^a exsurgit *E ex* exurgit *L* | Minoa *Winterfeld* minoia *(ultimae litterae dispici nequeunt)* B^a *EL* minori B^b | Minoi *aut* Minoni *ε p.* 241 | exsurgunt simul exorto Capricorno *audacius quam uerius Voss* | *u.* 692 *subditicium putauit γ cf. Winterfeld l. ind.* 693 Hydrochoos *v* ‖ 695 Chirona B^b *m. 2* ‖ 697 umeros *scr.* humeros *Z* | non *γ* tum *Z* | saetis (setis) *γ* sertis *Z*

699 Hanc pisces abdunt orti totumque biformem.
cum geminos pisces aquilonis prouocat aura,
ille etiam surgit, qui tristes respicit austros;
piscibus ille simul surgit, set liberat ortus,
cum pernix aries in caelum cornua tollit.
pisces educunt Cepheida; laetior illa
Nereidas pontumque fugit caeloque refertur.
707 Ortus lanigeri properabunt condere sacrum
turibulum; patrio fulgebit in aethere Perseus.
713 Persea cum pinnae reddunt, iam Plias ab undis
effugit et dextro taurus cognoscitur armo.
fixus ut in curru trahitur sine curribus ullis
Myrtilos. haut totum cernes, non integer ipse
in caelum redit, at pars dextera mergitur undis;
uertice lucebit, teneros manus efferet haedos
laeua, Iouis nutrix umero radiabit in ipso,
proxima telluri nascetur planta sinistra:
cetera cum geminis perfecto sidere surgent.
tauro pistricis pariter cristaeque refulgent
caudaque; uicinum terris iam cerne booten.
724 Et cum se genibus demisit pars ophiuchi,

---

699 orti totumque γ ortitumque $B^a L$ tortitumque E | biformem (biformes *sec. o*) $E\gamma$ biformes $B^a L$ ‖ 702 set (sed) γ et Z ‖ 704 Cepheida *v* ‖ 705 Nereidas pontumque fugit γ Nereidos pontoque fugam Z 708 reddunt γ redeunt Z ‖ 709 taurus cognoscitur *d p. 274 sq.* tauri et cognoscitur Z tauri cognoscitur γ ‖ 710 ut E *coni. Halma* et $B^a L$ | Nixus et incuruus σ et in cornu *d cf. pr p. 4* | ullis B^a *ex* illis L illis B^b ‖ 711 Myrtilos *o* | haud γ aut Z | cernes γ cernens (*ex* cernes E) Z | non γ cum Z haut β | integer ipse γ interit ipsum Z ‖ 712 redit at γ rediit (*altera* i *supra add.* B^a) EB^a redit L rediet *Haupt, Opusc. III p. 406 qui idem uerba* at — undis *parenthesis uncis inclusit* | dextera B^a dextra EL tertia σ ‖ 713 efferet γ effugit Z ‖ 714 *post* laeua *interpunxit d p. 275* | umero *scr.* humero EL humeros B^a | radiabit γ radiauit Z ‖ 716 surgent γ surget Z ‖ 717 pistricis γ pistrices Z ‖ 718 cerne (*ex* cernes E) EB^b *m. 2* cerne∗ B^a cernet B^b *m. 1* L 719 demisit γ dimisit Z | ophiuchi γ

signum erit, oceano geminos remeare relicto.
totaque iam pristis lucebunt squamea terga;
Eridani et primos deprendat nauita fontes,
caelum conspiciens, dum claro se mouet ortu
Orion; habet ille notas, quae tempora noctis
significent, uentosue truces fidamue quietem.

---

721 pristis σ piscis *Z* pistris γ | terga (*ex* terra *L*) *EL* terra B^a ‖ 722 Eridani *v* | primos deprendat γ primo deprehendat *Z* primos deprendet σ ‖ 723 mouet *EL* mouit B^a ‖ 724 noctis γ noctes *Z* ‖ 725 Significent γ Significet *Z* | fidamue γ fidamque *Z* ‖ *uersum 725 excipit fragmentum III Z.*

RELIQVIAE

[V] [Astrorumque globos et sidera maximus Atlans
protulit in populos, humeris uirtutis et omnes
stellarum motus certa ratione notauit;
quae Pharii Tyriique uiri commenta sequentes
aequora uere nouo
* * *
uentos et flamina cuncta
Aeolus in partes diuisi rettulit orbis,
qua promeret boreas, notus unde attolleret imbres
quaque eurus Zephyrusque domo procederet undis
et circumpositos armaret in aequora fratres.]

I *Vide Phaen. u. 531—567.*

II *Una uia est Solis bis senis lucida signis.
hac rapitur Phoebe, per idem Cythereius ignis

[V] [*Hos uersus, quos primus Aemilius Baehrens edidit, unus habet Arundelianus, in quo quarti fragmenti uersum 163 excipiunt. neque uero Germanici esse possunt cf. praef. p. XXVIII. pro eis, quae Baehrens mutauit, cod. haec habet:* 1 Astrorum | adhlans || 2 ʻnumeris uersutus *scr.* humeris uirtutis *A**ʼβ || 4 farii syriiq; || 5 ʻ*unico uersu Arundelianus; diuisi lacunae signo posito*ʼ β | uento s; (= set) || 6 Eolus | retulit || 7 Quo p̃oneret | nothus || 8 Zephirusq; | proce . . . . ʻ*quattuor litteris nunc euanidis*ʼ || *subscriptio:* Explicit phenomena Arati.]

II *Hoc fragmentum om.* **O**, *post fragmentum III habet* **Z** | *uersum 1 ex Phaenomenorum u. 531 interpolatum esse uidit o* | bis senis *B*ᵃ*L* bisenis *E* || 2 Hac γ Ac **Z** | Phoebe γ Phoebee **Z**

fertur iter, per idem cristatus uertice Mauors
Mercuriusque celer, regno caeloque uerendus
Iuppiter et tristi Saturnus lumine tardus.
omnibus his gemini motus, quorum alter ab ipsis
nascitur et proprios ostendit sidere nisus
(tum mundum subeunt lento pede), concitus alter
inuitos rapit et caeli circumrotat orbem.
annua Sol medius designat tempora, Phoebe
menstrua, namque anno Solem remeare uidebis,
mouerit unde suos currus per signa uolantis.
hoc peragit spatium breuiore citatior orbe
mensem expleturis Phoebe contenta diebus.
annuus est Veneri cursus neque tardior illa
Mercurius, bimos Gradiuus perficit orbis.

III Grandine permixtas a r i e s niuibusque caducis
spargit uicinas supra iuga tristia nubis.

---

4 caeloque *Z* caelique *σο* || 8 tum *scr.* Tunc *Z* | concitus *om. E* || 9 circumrotat *γ* circumnotat *Z* || 10 tempora *EL m. 2* tempore *B*ᵃ*L m. 1* | Phoebe *γ* phoebee *L* phoebeę *EB*ᵃ || 11 namque anno *γ* namqua anno *E* nã qua anno *B*ᵃ*L* || 13 spatium breuiore *γ* spat(c)io breuior *Z* || 14 contenta *γ* contemta *E* contempta *B*ᵃ || 15 Annuus *EL m. 2* Annus *B*ᵃ*L m. 1* || 16 bimos *F. Stahl, de Ausonianis studiis poetar. Graecor. p. 47* binos *Z* | *uersui 16 subiunguntur uersus Auieni Arat. 1740—15. 1768. 1769. 1772. 1869. 1876. 1877 tum:* Vale fidens in (*eras. B*ᵇ) domino (dño *B*ᵃ) Christi (XRI *B*ᵃ) | uestitus amore *B*ᵃ*B*ᵇ*L qui hic finiuntur* | *post Auieni u. 1877 sunt haec:*

er duodena pater superum dum signa feruntur
Bissenos phoebus iam tunc compleferat annos
Cursus inequalis cuncti nunc igne citato
Festinare putes nunc pigro sidere sumpto. —

Hic finitur E | '*potest hoc fragmentum antea incognitum* (*in cuius u.* 1 *scribas:* Per — feretur, *u.* 2 compleuerit, *u.* 3 inaequalis cunctis, *u.* 4 pigro se dare sompno) *pertinere ad Germanicum*'. *β cf. praef. p. XXVII sq.*

III *Hoc fragmentum om. O, post Phaenomenorum u. 725 habet Z* | 1 permixtas *γ* permixtus *Z* || 2 Spargit uicinas supra iuga tristia nubis *γ* Spargunt uicina tristis supra iuga piscis (pisces *E*) *Z* Grandine permixtos Aries niuibusque caducis

taurus portat aquas et uentos excitat acris.
fulmina tum crebro iaculatur Iuppiter et tunc
intonat emissis uiolentior ignibus aether.
at geminis leuiter perstridunt caerula uenti,
rarus et in terras caelo demittitur humor.
omnia mitescunt tranquillo sidere cancri.
siccus erit leo, praecipue cum pectora feruent.
uirgo refert pluuias et permouet aera uentis.
Tenius est librae signum; uix rorat in illo.
scorpios assidue caelo minitabitur ignis:
lentior in pluuias magis inuenit arua quieta
atque trucis uenti densa niue saepe rigebunt.
rara sagittifero descendunt flumina terris;
aegoceros alias parcit, sed frigora durat
instabilique gelu fallit uestigia passus.
qui fundit latices caelo quoque permouet imbris.
omnia miscentur cum piscibus; aspera uentis
aequora turbatos uoluunt ad sidera fluctus;
imbribus incumbit caelum solemque recondit;
grandine pulsatur tellus, niue moenia durant.
    Haec ut quisque deus possedit numine signa,
adiungunt proprias uires. torpere uidentur
omnia Saturno; raros ille exprimit ignis

Aspargit (? Dat spargens), uicina supra iuga tristibus, imbres ε *p. 241* ‖ 3 acris (acres) γ aries *Z* | tum *Z* tunc γ ‖ 5 emissis (*ex* emissus) *E* emissus B^{a}*L* ‖ 6 At *E* Ad B^{a}*L* | 6 perstridunt *cf. Lachmann in Lucret. comm. p. 368 ad VI 350* ‖ 7 demittitur *Z* dimittitur γ ‖ 9 cum γ cui B^{a}*L* ‖ 9 feruent B^{a}*L* seruent *E* ‖ 11 est *Z* ast *Burmann* (*potius* at β) | rorat (*ex* rore) *L m. 2* rore *Z* ‖ 12 assidue *Z* assiduos γ ‖ 13 *et* 14 *om.* $B^{a}B^{b}$ ‖ 13 in pluuias magis inuenit arua *Z* in pluuias ueniet; magis arua γ quieta B^{a}*L* ctur *E* coacta ε *p. 241* ‖ 14 uenti γ uentos *EL* | Adque trucis uentos ε *p. 241* ‖ 15 Rara sagittifero γ Rara sagittiferi *EL m. 2* Sagittiferique rara *EL m. 1* | descendunt flumina γ descendit pluuia *Z* ‖ 16 aegoceros γ | alias *E* alia B^{a}*L* | parcit γ spargit *Z* | set (sed) γ et *Z cf.* ε *p. 241 sq.* ‖ 17 fallit *L m. 2* falli *Z* ‖ 21 c(a)elum *E ex corr. L m. 2* in caelum B^{a}*L m. 1* 24 torpere *L m. 2* torpore *Z*

et siccas hiemes adstrictis perficit undis.
grandine durantur pluuiae, niue grando putrescit
et rigor accedit uentis. mitissimus ille

IIII Iuppiter est illo laetus magis. hic ubi Solis
uitauit flammas proprio bene lucidus ore,
commissas Cereri fruges spectabis in herbis
pomaque purpureo primum nascentia flore;
nec pecus in fetu fallet, noua turba repente
mugiet e stabulis, alto balabit ouili.
idem ne tellus nimium siccata tepore
destituat sata, cum tetigit fera cornua tauri,
dat pluuias sorbetque datas, cum Pliada fugit
atque adiit geminos. cancro placidissimus idem
dat modicas uires, rapidos et temperat aestus.
et leo terribilis sub te, pater, ipse repellit
instantis morbos et Ditis limina cludit.
incipit agricolis in uirgine soluere uota.
iam tum maturae segetes et spicea pendet

---

28 accedit $B^{a}L$ accendit *E* || *sequitur fragm. II Z.*

IIII *Hoc fragmentum om. Z habent O(S), inde a u. 52* ς (= $VV^{a}V^{c}V^{d}F$) || 1 est *O (etiam M)* | illo *sc. Saturno* | laetus *i* laeto *O* | ubi *PM* $\overset{i}{u}$ *S* ubiq. *A* | solis *P* solus *AM* || 2 proprio *P* proprior *AM* || 3 *et* 4 *om. AP habet S* || 3 cereri *MA** terris (*uel* terrae) *β* | herbis *A** erbis *M* || 5 fallet *i* falet *A* falit *M* fallit *A*P* || 6 Mugiet e stabulis (Mugi& estabulis) *P* Mugiet stabilis *AM* Mugiet stabulis *A** Mugiet ī stabulis *ex corr. S* | alto *O* arto *o cf. ε p. 242* | balabit *i* balauit *P* ualebit *AMS* | ouili *PM* obili *A* || 7 nimium *O* nimio *o* | tepore *i* repente *O* || 8 Destituat (*ex* Distituat) *S* Distituat *PM* Distuat *A* | tauri *PMS* tari *A* || 9 datas *P* data *AMS* | Pliada *o* pliade *O* | fugit *O forte* fulsit *i* || 10 adiit *i* adit *P* adid *AM* || 11 rapidos *O* rabidos *o* | aestus *PA** aestu *AM* || 12 terribilis sub te pater *PMA*S* teribilis subterpater *A* || 13 Instantis *AM* Instantes *PS* | limina *AMS* lumina *P* || 14 soluere *A*S* sorbere *APM* || 15 iam tum maturae *PM* Iam $^{\cdot tu}$mnature *A* | spicea *A*M* spicaea *A* spice *P* | pendet *i* pendent *O*

ante larem primum perfecta messe corona.
libra tumescentis musto bene percoquit uuas.
scorpion ingrediens tua, Liber, munera condit
iamque sagittiferum scandens sua sidera reddit
numquam laeta hiemi, modice tamen in capricorno.
hydrochoon piscesque agitat saeuissimus idem,
si statuit currus quocumque in sidere fessos.
lanigero tonat et Poeni per terga leonis
omniaque hibernis permiscet mensibus astra.
   At cum Phoebeos M a u o r s effugerit ignes,
siue aries geminique deum siue acre leonis
sidus et aequatae librato pondere chelae
aut arcu pollens aut imbris fusor habebit,
spissatis caecus nebulis hebetabitur aer
nullaque praecipites agitabunt aequora uenti.
his idem lentos signis cum supprimet ignis
belliger et nigra cursus statione tenebit,

---

16 primum ***O*** patrium *o* priuum *Haupt, Opusc. III 621* triuium β | perfecta messe *PA** perfectam esse *AM* persecta messe *Heinsius* | corona *i* coronam ***O*** ‖ 17 tumescentis *AM* tumescentes *PS* | percoquit *MA*S* perquoquit *AP* ‖ 18 Scorpion *PA*S* Scorpioni *AM* | liber *MS* libra *AP* ‖ 19 sidera *i* munera ***O*** lumina β | reddit *PS* redit *AMA** ‖ 20 Numquam *P* Num qua *AM* | laeta *scr. cf. praef. p. XXVIII* laete *AM* lete *S* l&ę *P* ‖ 21 Hydrochoon *M* | agitat *AMS* agittat *P* ‖ 22 fessos *P* fessus *AMA*S* ‖ 23 *an* post terga? β ‖ 24 Omniaque *APS* Omnia quae *M* | hibernis *i* hi(y)berni ***O*** 25 At cum *A** Ad[t] cum *S* | Ad cum *AM* Atq. *P* | phoebeos *AMA*S* phoebeus *P* ‖ 26 geminique *PM* gemīq, *S* germiniq. *A* | acre *MA** acri *AP* ‖ 27 aequatae *i* (a)equate ***O*** aequato β | librato ***O*** libratae β chelae *M* caelae *A* chęle (leonis) *P* ‖ *u.* 27 *bis habent AP, nisi quod secundo loco* leonis *praebet A et* chęle *P* ‖ 28 fusor *A*i* furor ***O*** ‖ 29 Spissatis *o* Siocatis *AM* Siccatis *P* | nebulis hebetabitur *M* nebulithebet habitur *A* nebulis heb& habitur *P* ‖ 30 praecipites (precipites *PS*) agitabunt *PMS* praecipite sagittabunt *A* ‖ 31 lentos signis *MS* lento. signis *A* lentos ignis *P* | lentos Pisces *Heluetius* | supprimet *i* suprimit *A* supprimit *PM* ‖ 32 Belliger et *MS* Velligeret *A* Velliger. & *P* | statione *PMS* stantione *A* | tenebit (*ex* tenebat) *A* tene-

tum crebro magnus tonitru pulsabitur aether,
tum resoluta dabit nimbos cum grandine nubes,
set magis, hibernae steterit cum sidere partis,
effundet totas uiolento numine uires.
at modicos imbres, proni cum cornua tauri
frugiferamque deam uel brumalem capricornum
attigerit, liquido non saeuus ab aethere fundet.
insertus cancro, terras cum letifer ortu
Sirius adflauit, nocituros temperat aestus.
scorpios at primae qua tollit acumina caudae
frigidaque extremi iam claudunt sidera pisces,
Martia non illos turbabit stella neque imbre
aut ulla condet nitidos caligine soles.
set si forte diem uictus mutauerit aer
et uentos aut fundet aquas, gelidissimus undae
hinc rigor et toto boreas dominabitur orbe.

---

bat *PM* ‖ 33 Tum *AMS* Tunc *P* | tonitru *PMS* tonetru *A* | aether *PMA** aethrae *S* aethae *A* ‖ 34 nimbos *P* nimbus *AMA** | nubes *PS* nubis *AM* ‖ 35 Set *A** Sed *O* | steterit *O* sciderit *o* tetigit *β* | sidere *i* sidera *A* sydera (*ex* sydere *P*) *PM* ‖ 36 uiolento *A** *Heinsius* uiolentos *AM* uiolentior *P* | numine *O* turbine *uel* murmure *Heinsius* ‖ 37 At *A** Ad *O* | proni cum *A** prouicum *AP* probi cum *M* ‖ 39 Attigerit *A*i* Adigeret *A* Adigerit *M* Aliger & *P* | ab aethere *AM* ħab&-here *P* ‖ 40 Insertus *i* Incertus *O* | letifer *PS* lętifer *AM* ‖ 41 Sirius *A** Syrius *M* Sirios *S* Strius *AP* | adflauit *P* afflauit *MA** aflauit *A* | aestus *AMS* aestas *P* | *Heluetii recensio uersuum 35—41 uiolentior est, quam ut denuo eam afferri oporteat* ‖ 42 at primae *i* ad primae *M* adprime *APS* *cf. praef. p. XXVII* | tollit acumina *i* colitae cumina *A* colit ecumina *MS* colit aecumina *P* claudit acumina *A** | caudae *A*i* cauda *O* ‖ 44 Martia *S* Marcia *M* Maritia *AP* | turbabit *MA* m. 2* turbauit *AP* | stella *A*i* itella *AM* itela *P* | imbre *i* imbres *O* ‖ 45 Aut *A** Aud *A* Haut *P* Haud *M* ‖ 46 Set si *A** Sed si (si *ex* di *A*) *AM* Seddi *P* | diem uictus *O* diem uarius *uel* die uultum *o* ‖ 47 aut fundet *O* *an* et f. *?* | aquas *Si* aqua *O* | undae *M* unde *AP* ‖ 48 hinc rigor *i p. 208 β* Rimrigor *AP* Rim rigor *MS* | Tum rigor *uerbis Germanici inseruit, postea in adnotatione praeter* Hinc *etiam* Tunc *commendauit i* Fit rigor *Burmann*

At faciles glebas astringit frigore uerno
alma Venus, pecudis claro cum uellere fulsit
sub lucem exoriens eademque, ubi tempore eodem
aetherium uenit taurum super, imbribus atris
et tonitru crebraque abscondit grandine terras.
temperat in geminis annum nec crede sereno
nubila nec diuturna puta, cum sidere cancri
fulserit ardentis; †hoc in litore certum.
flagrantis placide lucens uis temperat aestus,
cum posuit sedem Nemeaei finibus astri.
uirgineque et libra semper pendentia tantum
nubila continua magis in statione manebunt.
tum quoque nulla fides caelo, cum scorpios acer
stat super, incerta namque omnia lege feruntur.
heu quantis terras tum Iuppiter imbribus omnis
obruet! aut glomerata cadet quam densa per austros
inmitis grando! caelum quam saepe sonabit!
cum spatium attigerit tendentis spicula signi,

---

49 At A*S Ad APM | faciles AM flaciles P | glebas astringit A*i glebae bastastringit A glebae lusta stringit M glebebastastringit P glebae uastant tunc S | frigore O frigora S || 50 uellere PMS uellure A | fulsit MS fulsis AP || 52 *ab hoc uersu fragmentum incipit* ς taurum A*γ taurus MS austrus A austros P | atris γ astros O atrum ς || 54 crede MA*Sς credeo AP || 55 puta O putes ς || 56 Fulserit MS Funserit AP | hoc in litore certam (certum M) O patet h'q, in littore nautis S tamen hoc in (*om.* V^c) litorq (littore V^c) certum (certam F) V V^c F tm̃nec ĩ litore certã V^d tantum hoc nil sidere certum γ ⟨nil⟩ hoc in fulgore certum β nihil hoc in limite certum ε *p. 242 an* hoc nil in limite certum? || 57 placide S placidi O | lucens uis β lucens hic Oς lucis uis γ | aestus (testus) S *om.* O astrum V^c annum e auras β || 58 Nemeaei γ Nemeis O ne meis V^b | astri γ astris O || 59 Virgineque O Virgine A*S Virginis V^c | et V^c *om.* O uel A*S | libra MS librat AP || 61 Tum β Nunc O Tunc γ | caelo γ caelum O | scorpios ε *p. 242 sq.* scorpion O(ς) | acer O (aer V^d) ς acrem γ Scorpius acer s || 63 tum PA* cum AMS | imbribus γ ignibus O || 64 aut O(ς) heu γ | austros ε *p. 243* astras O astra A*ς aethram γ || 65 Inmitis A*S Immitis M Iam mitis A Iāmitis P | sonabit PMS sonauit A || 66 attigerit PM attingerit A | spicula signi γ sin-

non terris imbris, ponto non flamina derunt.
et caeli terret sonitus mortalia corda,
cum sedem aegoceri Cythereius attigit ignis.
umidus at gelidos portendit aquarius imbris,
hibernaeque cadunt pluuiae concretaque grando.
piscibus a geminis ubi prima recurrerit astra
Phosphoros, haec tibi signa dabit cum luce serena
ingrediens Venus alma polum; sed ubi Hesperos ignes
prouocat aetherios et noctem inducere terris
incipit, exoriens ecce haec Cytherea mouebit.
uere caueto imbres et fulgura; culmine ut alto
Phrixeae rutilo pecudis radiauerit astro,
nubila commixtusque fragor pluuialibus undis

---

gula signis *O* ‖ 67 flamina derunt *M* flãmina derunt *P* flamin ^{d}aderunt *A* flamina deerunt *A** *S* ‖ 69 aegoceri *i* | Cythereius *v* ‖ 70 Vmidus *A* Humidus *MS* Vmidos *P* Humilis *A** Horridus $V^c V^d$ *F* | at *A*S* ad *O* | gelidos *A*MS* caelidos *AP* | imbris (imbres) γ ignis *O* ‖ 71 Hibernaeque *PMS* Hybernae quae *A* | concretaque grando *PS* concratq. granda *A* concreta atque grandạ *M* | *post hunc uersum aliquid excidisse suspicatus est* γ ‖ 72 ubi prima ε *Journal of Philology VII (1877) p. 257* β | sub prima *O* suprema *i* | recurrerit astra ς recurret (-at *P*) in astra *O* ‖ 73 Phosphoros *Schaubach* ε *p. 243 sq.* Hesperos *O* | haec tibi *O* hoc (h') tibi *S* en tibi *uel* ecce ibi β | signa dabit cum *P* signalabit cum *A* signa labe tum (labetū *A**) cum *A*M* signat labentia *S* | luce serena *anonymus* | lucifer cur ora *AM* lucifer aurora *P* lucifer orta *A** lucifer ora $V V^c$ *F* lucifer hora $S V^d$ luce priore *uel* lucifer ora γ lucifero ore σ lucifer audit *o* lucifero orto β lucifero auro ε *p. 243 sq.* ‖ 74 Ingrediens *O* Ingreditur *e* | ubi *O*(ς) *om.* *S* ‖ 75 inducere *o* ducere *O* ‖ 76 *post* exoriens *interpunxit* V^a | ecce haec *S* haec cae *A* ecce *M* hẹc te *P* et se β | mouebit *AMS* monebit *P* ‖ 77 Vere *(ex corr. P)* *O* | caueto *V* canto *(ex* caueto *ortum censet Sabbadini)* *F* cauere *O* cadent *o (Phaedri fab. nou. p. 60)* | fulgora *P* fulgera *AM* fulmina *v* culmine ut alto β comamenalto *A* comam . enalto *P* comam en alto *M* fulgent. cetere ī alto *S* culmine ab (in *i*) alto ς*i* | Vere cauere imbres et fulgura torta memento ε *p. 245* ‖ 78 Phrixeae (Phrixee) *MS* Phryxea (*ex* Phryxa *A m. 2*) *AP* | Phrixeum ς | rutilo *AS* rutulo *M* | pecudis *O* pecus ut ς | Phryxeum rutilo pecus ut radiauerit γ ‖ 79 commixtusque *PS* cum mixtusque

flaminaque adsiduo terris instantia pulsu
et dirae caelo deiecti grandinis ictus.
uere magis nitido tauri cum sidere fulsit
aut posita in geminis, eadem inconstantia perstat:
cum dederit soles, inducet nubila caelo;
nubila cum fuerint, subitos mirabere soles
et modo de uento, gelido modo protinus imbre
lucet et alterna uariabit nube serena.
sin leuis ingressa est spatiosi sidera cancri,
pacem mundus habet; non ulli corpora soles
pestiferi incendunt, non sidera densa solutos
astringunt artus alieno tempore; lenis
omnia pacato tum sidere temperat aer.
ac rapidis eadem ne solibus aestuet orbis,
efficiet, magni signo conspecta leonis.
uirgine erunt pluuiae plenique in nube fragores,
concaua quos reddunt incluso nubila uento.
detrahet autumno pluuias eademque replebit

(mixtusquę *M*) *AM* | fragor *PM* tragor *A* | pluuialibus *PS* pluuiabilibus *AM* ‖ 80 Flaminaque *V* Flaminatq. *O* Flamen atq. *A** | adsiduo *A* assiduo *M* adduo *P* | instantia *γ* tum stantia *O* ‖ 81 et *γ* *om.* *O* | (dire cū *S* E caelo diri ϛ) ‖ 82 uere magis nitido *O* uer magis infidum *γ* ‖ 83 Aut posita in *β* apposita *Fp* Appota ς Adponi *A* *ex* Adponę (i supra) *P* Apponi *M* Apportat *γ* Apparent *coni.* *o* (*Phaedri fab. nou. append. p. 60*) | inconstantia *γ* constantia *O*(ς) | perstat *A** peristat *A* prestat *P*ς pestat *M* praesto est *γ* ‖ 84 nubila ς nebulo *A* nebula *PMS* ‖ 85 subitos *A*MS* subito *AP* ‖ 86 de *σ* te *O* '*an* tĉ (= tunc)?' *β* cum *γ* | modo *MS* *om.* *AP* ‖ 87 Lucet et *O* Lucent ς*p* Lucens *γ* | alterna uariabit *i* alter nauit *A* alternauit *P* alternabit *M* alternat *S* alterna superabit ϛ | nube serena *O* nubes sub luce serera *S* ‖ 88 Sin (Sim *FV*[d]) le(ę)uis *O*(ϛ) Si Venus *γ* *cf.* *ε* *p. 245* ‖ 89 non ulli *γ* nonnulli *O* ‖ 90 densa *PMS* densi *A* | solutos *O* salutes *S* ‖ 92 pacato tum *AA** *ex* peccatorum *P* paca totum *M* peccato tum *S* ‖ 93 Ac *v* Ad *APM* At *V*[c]*F* Arapidis *S* | rapidis *O* rabidis *γ* | eadem *O* idem ς*e* | aestuet *MA*m. 2 S* aestuat *APA* m. 1* ‖ 94 magni signo conspecta *O* magni conspecta signa ς*e* magni cum spectat *γ* ‖ 95 pleniqueSγ plerique *O*(ς) caelique *ε* (*Journ. of Philol. VII 257*) pluresque *i* | fragores *PMS* flagores *A* ‖ 97 Detrahet *o* Detrahit *O* Attrahit *γ* |

nubibus adsiduis caelum sub frigore primo
* * *
extremum autumni superent glaciante rigore.
scorpios at raris, ne quid caua terra grauetur,
horrebit pluuiis. at diris omnia nimbis
continuisque ruent, cum per sinuosa feretur
cornua Centauri rapida distincta sagitta.
aegoceros imbres et crebro fulmine ruptos
nubibus elidet sonitus tremuloque nitore
flagrantis teli mortalia lumina uincet.
haec eadem fundens praedicit aquarius imbrem.
extremi saeuis maria increbrescere uentis
ostendent pisces, Veneris quom stella notarit.
    Est quoniam certis †ratiuiam cognita signis,
accipe quid moueat mundo Cyllenius ignis,
si modo Phoebei flammas effugerit axis,

---

replebit *MS* repleuit *AP* repellit ςγ ‖ 98 sub β ob *AMA**ς ad *P* | primo *M* prima *AA***P* | Chele: neque frigora prima γ chelarum ut frigora prima *uel* dat frigora prima ε *p. 246* | *hoc loco, cum nulla fiat mentio librae, lacunae signum posui* ‖ 99 superent *O* superans β | glaciante rigore β glaciater roróre *A* glacia terrore *M* glatia terrore *P* glaciemq; ministrat *S* glacialia terrae ς glacialia librae γ superent glacialia rorem ε 100 at *A** ad *APM* a *S* et *F* | quid γ quis *O* | caua *AMS* caui *P* ‖ 101 pluuiis *PA**ς pluuis *AM* | at γ ad *O* | omnia *O* incita β | nimbis γ nimbos *O* ‖ 102 ruent σ ruet *O* fluent γ | sinuosa *MA***S* sinua *AP* | feretur γ tenetur *O* teretur ε *p. 246 sq.* ‖ 103 rapida *O* rapide *o* rapida ac ε distincta *O*(ς) distenta γε ‖ 104 aegoceros *v* | fulmine ruptis *O* lumine ruptos (raptos *F*)ς ‖ 105 elidet γ & lud& *AP* eludet *MS* ‖ 106 lumina uincet *i* numina uincent *O* mortales numina uincent γ ‖ 107 praedicet *MA***S* pr(a)edicit *AP*ς ‖ 108 extremi saeuis γ Extremi saeui *A* Extremis aeui *P* Extremis aeuis *M* Extremis eius *A***S* | increbrescere *AM* increbescere *PS* ‖ 109 Veneris quom β ueneris q̃ *A** uenerisqȝ *APS* ueneris quae *M* Veneris quos ς*e* | notarit *e* notarint *O* 110 Est *O* Et ς*o* | certis ratiuiam *A* certis rati uiam *PM* certis rati uia *A** certis raris uia *S* certis exstat uia ς certis recte uia *i* certis satis est uia *o* Cytherea ratis iam β ‖ 111 mundo *A** mundu *A* mundum *P* mundus *MS* | cyllenius ignis *AMS* cillenius signis *P* ‖ 112 phoebei flammas *MA** phoeb& flammas *A* phoeb& uas *P* | effugerit

matutina ferens solitos per sidera cursus.
cum pecoris uillis aurati fulserit astro,
uentorumque graues et dirae grandinis irae
non intermisso patiendae tempore surgent.
quin alias pluuias alia in regione notabis
adfore; non omni namque est tunc imber in aruo.
ast ubi se tauri sinuatis cornibus affert,
grandine significat. geminis tranquilla serenti
et placidum nautis spondet caelumque fretumque
nubilaque atque imbres, aestus ac frigora miscet.

* * *

certus at ardor erit, quamuis iuuet aura fauoni,
cum uasti calida radiabit sede leonis.
templa sed Astraei simul ac possederit ignis,
omnia mixta feret, pluuias tantum modo libra,
scorpios et pluuias meditabitur; undique uenti,
undique grando uenit, rumpuntur culmina nimbis.

(efugerit *PM*)*O* effulserit *S* euaserit *ςe* ‖ 113 solitos *S* solitus *O* ‖ 114 pecoris uillis *i* prisum ullis *A* pricũ mullis *P* pecũ uillis *MA*S* pecudum uillis *ςe* pecudis uillis *γ* | aurati fulserit astro *O* auratum fulserit astrum *ςe* ‖ 115 dir(a)e *Pςe* dira *AMS* ‖ 116 patiendae *O* patienti (pacienti) *ςe* quatiendi *γ* pariendi *σ* ‖ 117 alias pluuias *O* pluuias alias *ςe* | alia in regione *σ* etiam in regione *O*(ς(*e* ‖ 118 Adfore *PMS* | non omni *O* (omnia *A**) non minimus *γ* non unus *et postea* aruis *β* | aruo *P* arui *A* aruis *MS* ‖ 119 se tauri sinuatis *MS* setauris inuatis *A* se taurus sinuatis *PA** | affert *ex* effert *A* effert *PMSς* ‖ 120 significat *O* signa facit *γ* | serenti *σ* sereni *O* serena *i* | gemini — sereni — (121) spondent *γ* ‖ 122 ac frigora *PA*ς* | a frigore *AMS* | miscet *O* miscent *γ* *post hunc uersum aliquid omissum esse, quo mentio fieret cancri, iure suspicatus est σ* ‖ 123 Certus at *o* Certus *O* Certior *ςe* | iuuet *MA*S* uiuet *APς* iubet *γ* ‖ 124 radiabit *e* radiabat *F* rabiabit *MS* rabiauit *A* radiauit *PA** ‖ 125 Astraei *σ* extr(a)eis *AMA** extraneis *P* extreĩs *S* (a)etherei *ςe* Astraeae *γ* | possederit *MA*S* possiderit *AP* | *v. 126 et 127 in hunc contraxerunt ςe:* omnia mixta feret, pluuias meditabitur: ingens ‖ 127 Scorpios et *MA*S* Scorpio sed *AP* ‖ 128 culmina nimbis (nymbis *A**)*MA*S* culminant imbres *A* fulmina et imbres *P* fulmina *uel* flumina nimbis *Wakefield ad Lucret. I 1013 uol. I p. 172* culmine nimbi *mauult o*

Centauri attigerit cum iam Cyllenius arcus,
idem ubi consurget capricorni sede biformis,
aut subitos caelo deducet crebrius imbres
fulminis aut iactu magnum perrumpet Olympon.
nulla serenato capricornus nubila caelo
conparat, at gelidos flatus caelique fragores
non alio melius signo praedicere possis,
piscibus haec eadem quamuis cognoscere detur.
quandoquidem exoritur quotiens Cyllenius ignis,
quid faceret primo docui cum lumine solis,
tempus, et occasus moueat quae discere Phoebi.
uer erit hibernis totum exsecrabile nimbis
et crebro tonitru ninget, florentia rura
spesque nouae segetis quatientur grandinis ictu.
urenturque gelu, magni cum regna Tonantis
ingrediens pecudis conscenderit aurea terga.

---

129 arcus **O** arcum γ ‖ 130 Idem β Aut idem **O** Aut ubi *S*ς | consurget γ consurgit **O** | capricorni (β) sede biformis *scr.* capricornis et debiformis (& debiformis *P*)**O** capricornius sede biformi *S* | capricornus et ipse biformis ς capricornus inde biformis *i* ‖ 131 subitos *MA***S* subito *AP* ‖ 132 iactu magnum (iactum agnum *A*)**O** | Olympon *o* olympo *AMA***S* oly(i)mpum *P*ς ‖ 134 at gelidos γ augelido *A* aut gelido *P* aut gelidos *MA** ‖ 135 melius ς*e* medius **O** ‖ 136 detur **O** possis *S* fas sit ς*e* ‖ 137 exoritur **O** exortus γ | quotiens (quoties) Cyllenius ignis ε *p. 247* ignis quoque cyleneus (cylleneus *M* cylleneus q; *S*)**O** ignis quoque discedére phoebi (discedére *del. et* cyleneus *supra scr.*) *A* | mundo Cyllenius (cilenius) ignis ς ‖ 138 primo docui cum *o* primo modo cui cum **O** primum modo cui ς*e* primum docui cum σ | Quid faciat primo mundo cum γ ‖ 139 *post* tempus *interpunxit* β | occasus **O** occasu γ | moueat quae discere β moneatq· discedére *A* moneat discere *P* moneatque discedere *MS* moneat quoque discere (dicere *F*)ς*e* moneat quae discere γ ‖ 140 uer erit ς*e* Verserit **O** ‖ 141 tonitru *PMA***S* tonetru *A* | ninget γ uinget **O** ‖ 142 Spesque *PMS* Spes quae *A* | quatientur *MS* *ex* quantientur *A* *om.* *P* | ictu *AMA** *om.* *P* ‖ 143 Vrenturque gelu, magni β Vrenturque **O** | caelumagni *A* caelum magni *MA***S* cęlo magni *P* *posito post* ictu *n. 142 puncto* Vretur (vreturque *e*) caelum ς*e* ‖ 144 pecudis conscenderit **O** pecudis ingreditur ς*e* pecudis redit intrans γ

hinc et Agenorei stellantia cornua tauri
quidue ferant gemini, rapido quid sidere cancer,
si penitus quaeres: taurum saeuire uidebis
grandine nec contra ferri ratione probanda
aut cancro aut geminis; calidus uestigia seruat
hinc, quo †dicta, leo saeuisque caloribus ardet.
flatibus at gelidis miscet tranquilla serena
spicifera dea nota manu, nec libra metenti
dissentit diuae; sed, ut haec, uentura serena
nuntiat, a uentis cessat mare, cessat et aer.
scorpios in pluuias rarus, sed nubibus atris
creber agit nimbos et saeua tonitrua portat,
clara sagittiferi tetigit cum lumina signi.
aegocero semper caelo leuis excidit imber,
frigidus at rapidis horrebit aquarius euris
brumalesque dabit pluuias atque igne perenni
cum sonitu quatiet nubes. si cura sagacem

---

145 Agenorei *PM* ‖ 146 rapido *O* rabido *o* ‖ 147 penitus quaeres taurum *PM* penitusq· restaurum *A* penitus qu(a)eras taurum *ς e* ‖ 148 Grandine nec contra *A* e* Grandine $\overset{i}{\text{n}}$tit contra *A* Grandine nitit contra *PM* nec contra niti *ε p. 247 sq.* | ferri *M* tũc contra ferri *S* nec contra ferri *ς* ‖ 149 cancro aut geminis *O* cancrum aut geminos *γ at cf. ε p. 247 sq.* ‖ 150 Hinc *AP* Hic *MS* | dicta *O* ducta *o* ficta *β at cf. u. 69. 382. 710* hinc condicta *ε p. 248* ‖ 151 Flatibus *γ* Flatus *O* | at *A*γ* ad *O* aut *F* | gelidis *O* gelidos *S* geminis *ς e* Gemini *γ* | miscet *AMS* miscet miscet *P* | serena *i* serenis *O* sereni *γ* seueris *o* ‖ 152 Spicifera dea *PM* Specifer adea *A* | nota *i* nuta *MS* nuda *P* mita *A* amica *ε p. 248* | nec *AMS* t (*sic*) *P* | libra metenti *i* libera tendenti (tendent *P*) *O* libera tendens *S* ‖ 153 Dissentit *P* Dissensit *MA*S ex* Dissendit *A* ‖ 154 a uentis *i* ad uentis *O* at uentis *A** et uentis *F* ab uentis *β* ‖ 155 atris *ς e* astris *O* ‖ 157 sagittiferi *PMA*S* sigittiferi *A* | cum *O* quom *F* | lumina *MA*S* lumine *AP* ‖ 158 Aegocero *AP* | leuis *APS* laeuis *M* | excidit *PMA*S* excidis *A* ‖ 159 at *PA** a *MS* ad *A* aut *F* ‖ 160 Brumalesque *ς e* Brumatusq· *O* ‖ 161 si cura sagacem *i* se cura (secura *S*) sagacē *PS* secura sagem *A* securas agem *M* securas ageni *A** secura laboris *ς e* si cura laboris *γ*

non frustrata animum certo me limite ducit,
haec eadem tibi signa dabunt non inrita pisces.

VI cur diuite lingua
Graecia praecurram potiusque triangula dicam?

---

162 frustrata *i* frustat *AM* frustratum *P* frustrat *A*S* frustrans *ςe* | limite (*ex* litmite *P*)*O* luĩe *F* | ducit (dicit *A*)*O* ducat *ςe* *de subscriptionibus uide praef. p. XIX.*

VI *Priscianus de figur. numer. 32 ed. H. Keil (Grammat. Lat. III 417):* Caesar in Arato 'cur diuite' *e. q. s.* | potiusqu∗e *cod. Parisin. 7501* potius quam *editiones interpolatae* | Graeca τρίσγωνον potius quam triangula dicam? *Schwartzius* | Graecia praecurrat? potius, quam triangula, dicam signa trigona? *Orellius* | Graeca parum curem potiusque triangula dicam. *Lachm. ad Lucret. III 917* | '*fortasse* Graecis *ut hoc uoluerit poeta, se nolle Latinae linguae ubertate Graecum auctorem, quem sequebatur, superare et trianguli uocabulo uti pro eo, quo ille usus erat.' Keil* ‖ ⟨nostra⟩ cur diuite lingua Graeca probem? cur non potiusque triangula dicam? *β cf. praef. p. XXX.*

I

EPIGRAMMATA LATINA

GERMANICI CAESARIS

AD HECTORIS TVMVLVM

Martia progenies, Hector, tellure sub ima
  fas audire tamen si mea uerba tibi,
respira, quoniam uindex tibi contigit heres,
  qui patriae famam proferat usque tuae.
Ilios en surgit rursum inclita, gens colit illam
  te Marte inferior, Martis amica tamen.
Myrmidonas periisse omnes dic, Hector, Achilli,
  Thessaliam et magnis esse sub Aeneadis.

I *Cf. pr p. 5 sqq. Riese, Anthol. Lat. II p. 159 c. 708. Baehrens, Poet. Latin. min. IV p. 102 c. 109. Graecum est epigramma Anthol. Palatinae IX 387:*

ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ, οἱ δὲ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ

Ἕκτορ, Ἀρήϊον αἷμα, κατὰ χθονὸς εἴ που ἀκούεις,
* χαῖρε καὶ ἄμπνευσον βαιὸν ὑπὲρ πατρίδος.*
Ἴλιον οἰκεῖται, κλεινὴ πόλις, ἄνδρας ἔχουσα
* σοῦ μὲν ἀφαυροτέρους, ἀλλ' ἔτ' ἀρηϊφίλους.*
Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο· παρίστασο καὶ λέγ' Ἀχιλλεῖ,
* Θεσσαλίην κεῖσθαι πᾶσαν ὑπ' Αἰνεάδαις.*

4 proferat *Pithoeus* praeferat *S* (= *codex Bineti*) proferet *Riese* ‖ 7 Myrmidones *v* (= *vulgata lectio*) Mirmidonas *S*

II EIVSDEM

DE PVERO GLACIE PEREMPTO

Thrax puer adstricto glacie cum luderet Hebro,
  frigore frenatas pondere rupit aquas
cumque imae partes fundo raperentur ab imo,
  abscidit a iugulo lubrica testa caput.
quod mox inuentum mater cum conderet igni,
  hoc peperi flammis, cetera' dixit 'aquis'.
me miseram! plus amnis habet solumque reliquit,
  quo nati mater nosceret interitum.

II *Cf. Riese II p. 159 c. 709 Baehrens IV p. 103 c. 111 | Anthologiae Palatin. epigramma (VII 542) est hoc:*

ΦΛΑΚΚΟΥ

Ἕβρου χειμερίοις ἀταλὸς κρυμοῖσι δεθέντος
  κοῦρος ὀλισθηροῖς ποσσὶν ἔθραυσε πάγον,
τοῦ παρασυρομένοιο περιῤῥαγὲς αὐχέν· ἔκοψεν
  θηγαλέον ποταμοῦ Βιστονίοιο τρύφος.
καὶ τὸ μὲν ἡρπάσθη δίναις μέρος· ἡ δὲ τεκοῦσα
  λειφθὲν ὕπερθε τάφῳ μοῦνον ἔθηκε κάρα.
μυρομένη δὲ τάλαινα 'τέκος, τέκος' εἶπε 'τὸ μέν σου
  πυρκαΐη, τὸ δέ σου πικρὸν ἔθαψεν ὕδωρ.'

EIVSDEM de puero glacie perempto *inscr. S* Ver^{s} Iulii Caesaris *P* (= *Parisinus 6630 saec. XIII*) *fol. 1r* ς (= *Burmanniani uel omnes uel plerique*). *Iulio Caesari Florentinus 54, 11 saec. XIV init. et* ς *tribuunt; Germanico primus post S Lilius Gyraldus, Augusto cod. Guelferb. 93* ‖ 1 Thrax *S* Trax *P*ς | adstricto *S* | glacie *SP* gladio *V* (= *Vindobon. 2521 saec. XII*) | cum luderet Hebro *S* dum ludit in Hebro *V*ς ‖ 2 frenatas *V* fraenatas *S* concretas *VP*ς ‖ 3 = *S* Dumque imae partes rapido traherentur ab amne (amni *P*) *VP*ς ‖ 4 Abscidit a iugulo *S* Persecuit tenerum *VP* | Abscidit heu tenerum ς ‖ 5 Quod mox *S* Orba quod *VP*ς | cum *scr. mauult* β dum *codd.* | igni *S* uena *VP sic uel* urnae ς | dum condit in urnam *cod. Medic.* ‖ 6 cetera] cętera *S* ‖ *u.* 7 *et* 8 *habet solus S* | 7 plus *S* pius *an* impius? *Riese* | *Lectiones codicis Parisini habemus a Paulo diacono, qui omnes fere Germanici uersiculos ad calcem epistulae poeticae ad Petrum grammaticum missae senex memo-*

riter attulit (Poetae aeui Carolini ed. E. Duemmler I p. 50). memoria autem digni sunt cum alii illius epistulae uersus tum hi:

Sed omnino ne linguarum dicam esse nescius,
pauca, mihi quae fuerunt tradita puerulo,
dicam; cetera fugerunt iam grauante senio:

Sequitur epigramma quod inscribitur DE PVERO QVI IN GLACIE EXTINCTVS EST.

Plin. nat. hist. VIII 155: Fecit et diuus Augustus equo tumulum, de quo Germanici Caesaris carmen est.

EPIGRAMMATA GRAECA

I ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ

Οὔρεος ἐξ ὑπάτοιο λαγὼς πέσεν ἔς ποτε βένθος,
ἐκπροφυγεῖν μεμαὼς τρηχὺν ὀδόντα κυνός.
ἀλλ’ οὐδ’ ὧς ἤλυξε κακὸν μόρον· αὐτίκα γάρ μιν
εἰνάλιος μάρψας πνεύματος ὠρφάνισεν.
ἐκ πυρὸς, ὡς αἶνος, πέσες εἰς φλόγα· ἦ ῥά σε δαίμων
κὴν ἁλὶ κὴν χέρσῳ θρέψε κύνεσσι βοράν.

II ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐκ κυνὸς εἷλε κύων με. τί τὸ ξένον; εἰς ἐμὲ θῆρες
ὑγροὶ καὶ πεζοὶ θυμὸν ἔχουσιν ἕνα.

I *Epigrammatum Anthologia Palatina ed. F. Dübner uol. II l. IX c. XVII. Lemma: Γερμανικοῦ Καίσαρος (‘sed ad oram v(eteris) c(odicis) scriptum: γρ. Ἀδριανοῦ)· εἰς λαγωὸν ὑπὸ κυνῶν διωκόμενον, ὃν ἐκπεσόντα εἰς θάλασσαν ἥρπαγε (sic; ἥρπασε ap. Salm.) κύων θαλάσσιος. In Planudea quoque* G e r m a n i c o *inscriptum* 1 *ποτὲ codex Palatinus* | 4 *ὀρφάνισεν cod. Glossa κύων δηλονότι in Athoo cod.* ‖ 5 *αἰνὸς cod. αἰνῶς Planud., cod. Regius, quem Dübner uidit nec numerum adnotauit, et Athous* | *ἐς φλόγα Athous ἐς φλόγας Regius* ‖ 6 *κ’ ἦν cod. βορήν Planud. et Regius.*

II *Anthol. Palat. uol. II l. IX c. XVIII. Lemma: Γερμανικοῦ Καίσαρος. Εἰς τὸν αὐτὸν ὁμοίως· ἔστι δὲ κρείττων (sic) κρείττω apogr. κρεῖττον Salmasius) τοῦ προτέρου ἐπιγράμματος* | 2 *πεζοὶ καὶ*

αἰθέρα λοιπὸν ἔχοιτε, λαγοί, βατόν. ἀλλὰ φοβοῦμαι,
οὐρανέ· καὶ σὺ φέρεις ἀστερόεντα κύνα.

θυμὸν cod. cf. Herod. III 108 et Plin. n. h. VIII 81; similiter Ausonii epigramma XIV (Ausonius ed. R. Peiper, epigr. 35 (14) p. 325).

Sueton. Calig. 3: (Germanicus) orauit causas etiam triumphalis atque inter cetera studiorum monimenta reliquit et comoedias Graecas.

Tacit. ann. II 83: Cum (Germanico) censeretur clipeus auro et magnitudine insignis inter auctores eloquentiae, adseuerauit Tiberius solitum paremque ceteris dicaturum: neque enim eloquentiam fortuna discerni, et satis inlustre, si ueteres inter scriptores haberetur.

INDEX VERBORVM

Loci emendati asteriscis notati sunt.
I—VI = fragmenta, *e* = epigrammata.

B. G. TEUBNER
IN LEIPZIG UND BERLIN.

Januar 1909.

A. Ausgaben griechischer und lateinischer Schriftsteller.

1a. Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana. [8.]

